DISCURSUS FEUDALIS DE JURE SIMULTANEAE IN VESTITURAE: SEU VIGORE...

Jacob Alemann, Giovanni Battista Coccini

DISCURSUS FEUDALIS

DE JURE SIMULTANEÆ INVESTITURAE: SEU VIGORE CONJUNCTÆ MANUS SAXONICÆ:

INTERMIXTIS ALIIS QUÆSTIONIBUS, earumq; decisionibus, theoricis, atq; practicis:

Nec non præjudicijs Facultatum Juridicarum, pro & contrâ facientibus.

Ex legato *AUTHORE* Ill.mi Corsini

JACOBO ALEMANNO,

Bibl. Secr. J. U. D. Coll. Rom.

Reverendissimi Capituli Ecclesiæ Episcopalis Halberstadensis primariæ, Sede vacante, designato Consiliario: Et Incluti Scabinatûs atq; Dicasterij Magdeburgensis, Assessore: &c.

Soc. Jesu

CUM GRATIA ET PRIVILEGIO.

Magdeburgi, TYPIS JOACHIMI BOELI, Sumtibus Ambrosij Kirchneri.

ANNO

M. DC. XVI.

REVERENDISSIMIS, ET NOBILISSIMIS Viris, ac Dominis:

DN. MATTHIAE AB OPPEN, DECANO:

DN. JOACHIMO JOHANNI GEORGIO à SCHULENBURG,

Seniori:

Et toti Capitulo Ecclesiæ Episcopalis Halberstadiensis Primariæ: Sede vacante, Guberna tenentibus:

Dominis suis gratiosis, & debitâ subjectione, colendis:

Nec non

Stemmate Nobili, Magnifico: Strenuo: Et Heroicâ Virtute, praecellenti Viro:

JOACHIMO A VELTHEIM,

In Bartenschleben, Alvenschleben, Destät, Niedeck &c. Hereditario: Aulæ Brunovicensis Præfecto Venationum: Capitaneo in VVesterburg, & VVeveling &c.

Fautori, & Compatri plurimùm honorando:

Ingrati animi, addictiq; studij σύμβολον & τεκμήριον publicum atq; perpetuum, offert: consecrat:

AUTHOR.

D. O. M. A.

NEmini fortè obſcurum, atq; incognitum eſſe poteſt, quàm *Cauſſæ Feudales*, noſtro ſeculo, non ſolùm in Orbe, ſeù Imperio Romano: Sed & alijs finitimis Regnis, Dinaſtijs, Ducatibus, & Provincijs, graves, difficiles, frequentes, ſubtiles, ſpinoſæ, & lucroſæ, ingenia exercitatiſſimorum quorumcunq; mirificè exagitantes, occurrant: Undè *Jaſon, in præludijs Feudorum*, ſcribit: Cauſſas feudales eſſe graves, & magni ponderis, præſtare itèm magnes proventus. Et *Arius Pinelus*: In cognoſcendis conſuetudinibus feudorum, utilis eſt labor, maximè Italis, Germanis, Gallis, apud quos, feudorum materia, eſt frequentiſſima: Hiſpanis itèm ſcitu utilis, quòd indè ad Emphyteuſin & Majoratum, multa inferantur: Exordium commen... ne mate... feudalis...

Pin.l.1.Part.3.Num 84.Pag.538. C. De bonis matern.

Albericus de Roſate, in Repertorio ſcriptũ reliquit: Materiam feudalem ſubtilem eſſe, & lucroſam: Maximè verò in Partibus Pedemontanis, & Germaniæ, inter Reges, Principes, Barones, Civitatum Proceres, & Prælatos, quibus ſumma feuda contingant, arduas multoties quæſtiones oriri, quarum unus Caſus, in ſucceſſione, vel patrocinio ſi accidat, teſte Petro Rebuffo in arbore feudali, ad ditandum hominem, ſufficiat.

Quam materiæ hujus ἐπαίνεσιν, ſuffragio, & auctoritate JCti Incomparabilis, LUDOLPHI SCHRADERI, terminando, concludere libet, qui in proœmio Tractatûs feudalis, hunc iã modũm diſſerit: Feudorum utilitatem quàm latiſſimè patère, dubium non eſt, neq; his quicquã, in hiſce Germaniæ locis, frequentiùs accide-

re, certum est: Cùm omnia ferè bona immobilia Principum, Nobilium, & ex parte etiam, civium, feudalia sint: Atq; de hisce caussis, sæpè inter Cives: sæpiùs inter Principes: Sæpissimè verò inter Nobiles, controversiæ, litis, ac jurgia oriantur, quæ commodè ac prudentèr diffinire, summam ingenij atq; acuminis laudem meretur, & non minori cum utilitate, conjunctum est: Quid? non tantum Advocatis, qui in hisce caussis, clientulis suis patrocinium præstant, harum consuetudinum feudalium cognitio, maximum emolumentum adfert: Sed multò magis illis ipsis, sivè Nobilibus, sivè civibus, qui hujusmodi bona feudalia habent; ad hæc conservanda: Vel etiam amissa, recuperanda (: ut interim, de hisce bonis, ad initio, acquirendis, taceam:) hac ipsa feudalium consuetudinum cognitione, nihil, neque utilius, neq; magis est necessarium: Quotiens enim agitur de successione, & possessione feudi acquirendâ: de Investiturâ petendâ: de feudo, vel alienando: vel alienato, recuperando, nisi Vasalli, cautè, atq; prudentèr versentur, facilimè, in promptum sui incidunt periculum: &c.

uctuosa & otidiana.

ccasio scripti.

CUM ergò paucos ante menses, nobilis, & magnificentiam prædiorum si spectes, plures licèt annos, & secula recolendo, infrequens casus inciderit feudalis, is perplures Principium Aulas invaserit, perplurium judicia, eaq; fortè pro innatâ affectione: opinione, ex insufficienti negotij intellectu, præconceptâ: vel etiam ingeniorum imbecillitate, difformia excitârit: Andr. Tiraquell. *de Retr. conventi. § 1. Gloss. 2. Num 26. Fol 386. Ubi scribit, nihil non esse in Jure nostro controversiosum: Sivè id faciat legum obscuritas: Sivè contradicendi studium, multis innatum: Sivè ostentatio, & gloriæ cupiditas*

tas non paucis quoq; ingenita: Sivè humanitatis quadam infelicitas: Sivè aliud quidpiam, &c.

AUCTORI, candore animi syncero, fervore Justitiæ urgente, amore Veri imperante, totam controversiam, unà cum incidentibus quæstionibus, in publicum exhibere, & saniori cujusvis judicio submittere; placuit. Votum ad S. S. Triadem.

ERGO, tecta colens Superi prælustria Regni,
Alme Pater, te quem terra, poluq; tremunt:
Hûc ades, aspira cæptis, & dirige cursum,
Informans linguam, cor, animumq; meum.
Te sine, nil altum mens inchoat ulla; labascit
Quodlibet, adspires tu nisi dexter, opus.
Æterni, JESU, soboles æterna Parentis,
Mens de mente, Deo, nate, Parente, Deus.
Suffice tu vires, conatibus annue nostris,
Lingua erit in laudes officiosa tuas.
Tu quoq; sis præsens operi, Spirabile *NUMEN*,
Principioq; carens, interituq; Deus:
Cum Duce Te, quicquid facimus, peragamus honestè.
Desertiq; tuâ nil valeamus ope:
Illustra mentem, atq; animis illabere nostris,
Quicquid ago, laudi, cedat ut omne tuæ.

THEMA, SEU CRINOMENON.

AD nutum præpotentis Dei, in cujus manibus sortes nostræ, in quo itèm vivimus, movemur, & sumus, 5. Ap. anni præsentis, vir Nobilissimus, Christophorus V. hereditarius in B. & A. nullâ prole masculâ, feudi capace, susceptâ, fatis concessit, & prædia feudalia in Archi-Episcopatu Magdeburgensi, Diœcæsi Halberstadensi, Christophorus V. moritur 5. Ap. An. 1615.

si, Ducatibus Brunovicensi,& Lunaburgensi,nec non alibi sita, vigore simultaneæ Investituræ, seù conjunctæ manùs, ad Agnatos transmisit.

L inquit magnifica feuda.

Agnati controvertentes.

Agnati, de successione concurrentes, & inter se controvertentes, triplicis principalitèr ordinis: (1) JOACHIMUS, defuncto, quinto gradu, devinctus: (2) Henrici, respectu Joachimi, fratris senioris (:qui, paucis septimanis ante Christophorum, occubuit:) filij, pupilli: (3) Henricus, Jobi filius, quæ tres, postremò nuncupatæ, personæ, ulteriori, Sexto, nempè, gradu, locatæ exhibentur, noscuntur.

QUÆSTIO PRINcipalis.

Quæstio Principalis.

Quæritur jam, An in præsenti hypothesi Agnati prædicti æqualitèr, *in capita, vel stirpem*, ad successionem feudalium bonorum vocentur: vel à proximo Agnato, Joachimo, ob gradûs prærogativam, cæteri excludantur?

PRÆLUDIA.

Præludia. Factum attendendum.

Vulgare habetur, ex facto Jus oriri:

Alfen. *l. Si ex plagis. 52. §. In clivo Capitolino. 2. Versic. Respondi, in caussâ jus esse positum ff. Ad leg. Aquil.* Modest. *l. Obligamur 52. § Ex peccato obligamur, cùm in facto, quæstionis Summa constitit 8. ff. De oblig. & Action.* Ulp. *l. In duobus 28. §. Exceptio. 4. Vers. Si modò eadem quæstio in Judicium deducatur. ff. de Jurejur.*

mutationem facti, totum jus variare:

Paul. *l. Si is, qui tres. 31. §. Fin. ff. de Excuß. tut.* Id. *l. Si in Emptione 34 §. Si emptio 6. in fine l. Qui fundum 40. In med. Princip. vers. Interesse, quemadmodùm lex diceretur.* Jul. *l. Cùm ab eo. 41. ff. de contrah. empt.* Ulp. *l. Si quis à filio 13. ff. De legat. 1.* *Id. l. Legatum. 45. ff. de leg. 3.* Tiber. Decia. *Resp. 13. Incip. Quoniam scriptura. Num. 1. fol. 102. Vol. 1.*

Adeoq;

Adeoq; ut commodum responsum sequatur,

Diocl. & Max. *l. Ut responsum congruum accipere possis, insere pacti exemplum*. 15. C. *De transact*. Alex. 3. *Cap. De muliere 6. versic. Nihil certi nobis expressisti:* Nihil *certum ergò, indè tibi possumus respondere. De Sponsal.*

nec consulent.: Minùs instructus est, qui te sollicitum reddidit:

Respondet in simili Alexander Mauro *l. Minùs instructus*. 2. *C. de acquir. & retinend poss.*

respondeatur: Conducibile omninò est, ut Pacti exemplum indubitatum exhibeatur, & facti relatio syncera fiat:

Diocl. & Maxim. *l. Precibus* 8. *versi. Manifestius exprimere*. C. *De Impub. substit.* Guil. Durandus *In speculo aureo. Lib. . Tit. De Advocato* §. *Nunc tractemus* 3. *Num.* 2. *In fine. fol.* 156. Henning. Godenius *Consil. in Ordine* 109. *Num.* 13. *Versic. Quod si non detur. fol.* 649.

NEC in certum, tùm, in aliis capitibus: tùm maximè in casu successionis feudalis, Investituram unicè attendendam:

Cap. *Un. Versic. Usum vincat, aut mores, De feudi cognit.* Cap. *Un. Versic. Propter tenorem investituræ insertum. De duobus fratribus.* Cap. *Un.* § *Quin etiam*. 1. *versic. Eo tenore. Episc. vel Abbat.* Cap. *Un.* §. *Hoc autem notandum. Versic.* Nec *specialiter. De his, qui feud. dari poss.* Cap. *Un.* §. Fin. *Versic. si aliquis tenor: Et versic. per pactum speciale. Quid sit investitura.* Cap. *Un. versic. Poterit vendere. De feud. non hab. propriam natur.* Cap. *Un.* §. *fin. Versic. Nisi hoc fuerit dictum. De success. feudi.* Cap. *Un.* §. Final. *Versi. Si de his. In quib. caus. feud. amitt.* Cap. *Un.* §. *Final. Versic. nisi pactum de feudo Marchiæ.* Cap. *Un. In princ. p. vers. Nisi ex pacto. De natura success. feud.*

Investituræ ἀξίωμα.

ad

ad indolem Investituræ, ante omnia, semper recurrendum:

Iacob. Menoch. *Lib. 3. præsumpt. Juris 92. Incip. Cùm de feudi. Nu. 5. Fol. 400.* Ludolph. Schraderus *De feudis Part. 5. Cap. 21. Num. 31. fol. 86.* Henning. Godenius *Consil. in ord. 1. Num. 10. Vers. Quod forma. fol. 21. Consil. 190. Num. 23. 24. & 25. fol. 656.* Franciscus Pfeil. *Consil. 69. Fol. 114. Col. 1. Cent. 1.* Elbertus Leonin. *Consil. 99. Incip. in causâ. Num. 5. 10. 14. fol. 457. Cent. 1. notans, Investituræ primæ tenorem attendendum, quæ sit vera, & propria* Investitura, *tribuatq; jus feudale: contrà, investituram antiqui feudi potiùs esse confirmationem rei acquisitæ: quàm novam acquisitionem.* Roland. à Valle *Consil. 60. Incip. Ponderatis. Num. 15. Fol. 237. Vol. 1. Consil. 41. Incip. Ponderatis. Num. 3. Fol. 5. Consil. 137. Incip. Quæritur. Num. 23. Versic. Tenor Investituræ, fundamentum ipsius feudi: & ab eo, qualitas seù species feudi regulanda. Fol. 183. Vol. 2.* Pet. Paul. Parisius *Consil. 3. Incip. Videtur. Num. 14. Fol. 11. Consil. 5. Incip. In præsenti.* Num. 1. *Consil. 13. Incip. Attingendo. Num. 13. Fol. 30. Vol. 1.* Tiber. Decian. *Resp. 24. Incip. Quæritur. Num. 6. Fol. 65. Vol. 1.*

& quasi in scopum, collimandum:

Andr. Gail. *Libr. 2. De Pace publ. Cap. 13. Inc. Vasallo bannito. Num. 4. Pag. 142.*

Tenor Investituræ derogat feudorum naturæ.

Quæ regula, de investituræ tenore unicè observando, utpotè, qui omni feudorum naturæ deroget:

Cap. *Un. Versic. Propter tenorem investituræ insertum. Quem textum* Baldus *ibi, mente, perpetuò tenendum, scribit: De duobus fratr.* Matth. Wesenb. *Cap. 8. Num. 18. Pag. 158.* Ludolph. Schraderus. *Part. 5. Cap. 1. Incip. Investitura. Num. 30. Versic. Ex tenore* Investituræ, *contractus feudi, & formam, & legem accipit. Fol. 86.* Udalr. Zasius *Part. 6. Incip. Deveniamus. Num. 24. Versic. Omnis feudi lex, ex investiturâ sumitur. Pag. 42. Part. 8. Num. 49. Pag. 83. Cap. 12. Num. 41. Versic. In hunc veluti scopum omnis feudi status dirigatur. Pag. 170.* Iohan. Borcholtus *Cap. 1. Num. 25. Pag. 14.* Henr. Rosenthal. *Cap. 1. conclus. 12.*

In-

Incip. Hi autem. Num. 1. *fol.* 11. Ubi tradit, in decisione causarum feudalium, hos gradus observandos, ut primò omnium, Investitura, eiusq; tenor inspiciatur, qui omni feudorum juri, & naturæ deroget: Et radix seù fundamentum habeatur. Dan. Moller. *ad Constit. Elector.* 29. *Num.* 3. *fol.* 422. *Part.* 3. *Eleg.* Andr. Tiraquell. *l. Si unquàm.* 8. *Verb. Libertis. Num.* 9. *Fol.* 43. *C. De Revoc. donat.* Matth. de Afflict. *Decis. Neapol.* 265. *Incip. Illustrissime. Num.* 102. *Fol.* 361 *scribens, quòd semper, ad tenorem Investituræ, recurrendum, quia vim contractûs ostendat: & tanta Investituræ vis sit, quòd secundùm* Baldum, *potiùs tenor investituræ, quàm natura feudi, inspiciatur: Cùm natura feudi, sit genus: Investitura, Species: Atq; sic tenor Investituræ, omni feudorum naturæ deroget.* Idem *Decis.* 193. *Incip Fuit declaratum Num.* 2. 3. *Fol.* 418. Udalr. Zasius *Cons.* 8. *Num.* 30. *Fol.* 123. *Libr.* 2. *Hieron. Schurpf. Consil.* 98. *Incip. Visis. Num.* 2. *Fol.* 384. *Cent.* 1. *Consil.* 31. *Incip. Quod in præsenti. Num.* 1. *Fol.* 148. *Centur.* 1.

in feudis UNA MAXIMA, de quâ Doctores, passim, exclamant, habetur:

Martinus Laudens. *Cap. Un. In Princip. Num.* 5. *De his, qui feud. dare poss.* idem *Cap. Un.* 5. *Quin etiam.* 1. *Num.* 8. *Episc. vel Abbat.* Tiraquell. *dicto verb. Libertis Num.* 9 *versic. Ubi dicit.* Herm. Vulteius. *De Feudis Libr.* 2. *Cap.* 3. *Num.* 22. *In medio. Pag.* 918. Hartm. Pistor. *Quæst. Juris.* 1. *Num.* 3. & 4. *Pag.* 9. *Lib.* 2. Hieron. Schurpf. *Consil.* 98 *Incip. Visis, & diligentèr. Nu.* 1 *Fol.* 384. *Cent.* 1. Roland. à Valle *Cons.* 67. *Incip. Primo quidem affectu Num.* 4. *Fol.* 260 *Vol.* 1. Francisc. Curt. Junior *Cons.* 61. *Incip. Primo aspectu. Nu.* 1. *In medio. Fol.* 107.

Una Maxima Regula.

Præsertim, cum in terris Saxonicis, nulla, fortè, simplicitèr hereditaria feuda deprehendantur: Sed omnia, ex tenore concessionis; seù pacto, & providentiâ, dependeant:

Joh. Borcholtus *Tr. De Feudis. Cap.* 4. *Num.* 17. *Pag.* 67. Hart. Pistoris *Quæst.* 1. *Incip. Inter varias Num.* 9. *Versic. Jure feudali non probari. Et versic. Nos tamèn. Pag.* 12. *Lib.* 2. *Singularitèr* Arius Pinelus *l.* 1. *Part.* 3. *Num.* 84. *circa finem. Pag.* 540. *C. De bonis matern.*

Omnia feuda ex providentiâ.

Nè ergò, & in præsenti disceptatione, quò ad inspectionem facti, & graduum proximitatis, præposteratio ordinis possit incusari, sed potiùs fundamentum τȣ̃ κρινομένȣ ponatur firmiùs, atq; validius, Extracta Investiturarum antiquissimarum de annis 1517. 1535. & 1541. Num. 1. 2. 3. nec non schemata Genealogiarum Nobilissimæ Familiæ V. ex utroq; latere, lineæ albicantis, Num. 4 nigricantis, Num. 5. subijcienda, percommodum visum fuit.

NUM. I.

Investitura, de Anno 1517. antiquissima quò ad præsentem inquisitionem.

WIR Albrecht von Gottes Gnaden/ Ertz-Bischoff zu Magdeburg vnd Mäyntz/ Primas, des heilige Römischen Reichs durch Germanien ErtzCantzler vnd Churfürst/ Administrator des Stiffts Halberstadt/ Marggraff zu Brandenburg: Bekennen öffentlich/ mit vnserm Brieffe/ daß wir vnsern lieben getrewen/ Levin/ Jacob vnd Christoff von V. Gebrüdern/ zu B. Hilmaris Sehl. Söhnen/ zu Rechtem Männlichen Lehen geliehen haben/ vnd leihen jnen auch/ Krafft dieses Briefes/ diese nachbeschriebene Güter/ Nemlichē/ etc. Solche obbeschriebene Güter/ sollen/ Levin/ Jacob/ vnd Christoff V. Gebrüdere/ obgenant/ nun fürbas/ von vns/ vnd vnserm Ertzstifft zu Magdeburg/ zu Rechtem Mänlichen Lehen/ haben/ halten/ vnd geruhiglich besitzen/ die auch nützlich geniessen/ vnd gebrauchen sollen vnd mügen/ Als Männlicher Lehngüter Recht vnd gewonheit ist: etc. Geben im Jahr nach Christi Geburt/ 1517.

NUM. II.

Lehnbrieff de Anno 1535.

WIr Albrecht/ von Gottes Gnaden/ der Heiligen Römischen Kirchē S. Petri ad Vincula, Priester/ Cardinal vñ Legatus natus, Ertzbischoff zu Magdeburg

gdeburg vñ Mäyntz/ Primas, des heilige Römische Reichs/ durch Germanien, Ertz Cantzler vnd Churfürst/ Administrator des Stiffts Halberstadt/ Marggraff zu Brandenburgk/ zu Stetin/ Pommern/ der Cassuben vnd Wenden Hertzog/ Burggraff zu Nürnberg vñ Fürst zu Rügen/ Bekennen öffentlich mit diesem Brieffe/ für vns/ vnd vnser Nachkommen/ Ertzbischöffe der Kirchen zu Magdeburgk/ Daß wir den Erbarn/ vnsern lieben getrewen/ Jacoben vnd Christoffern von V. Gebrüdern/ zu B. vñ A. Hilmars sehl. Söhnen: Vnd auß besonderer Gunst vnd Gnade/ mit jnē/ in gesambte Hand/ Heinrichen von V. dem Eltern/ Heinrichs sehl. Sohn/ jhrem Vettern/ vnd allen seinen Männlichen Leibes Lehens Erben/ so er jtzo hat vnd zukünfftig bekommen wird/ mit wissen vnd bewilligung der Würdigen vnd Ehrenhafften/ vnserer besonders lieben Andächtigen vnd getrewen/ Herrn Dechands/ Eltisten/ vnd Capittuls/ obberürter vnserer Kirchen zu Magdeburg/ zu Rechtem Männlichen Lehen geliehē habē: Leihen jnē auch/ sämptlich vñ sonderlich/ also gegenwertig/ Jn: vnd mit Krafft dieses Briefes/ diese hernachgeschriebene Güter/ Nemlichē: ꝛc.

Dieselbige Güter Jacob/ Christoff vnd Heinrich von V. der Elter/ Gebrüdere vnd Vettern/ vnd Heinrichs Männliche Leibes Lehns Erben/ nun fürbaß von vns/ vnserm Ertzstifft Magdeburg vnd desselbigen Nachkommenden Ertzbischöffen/ zu Rechtem Männlichen Lehen/ vnd in gesambte Hand/ haben/ halten/ geruhiglich besitzen/ die auch nützlich geniessen vnd gebrauchen sollen/ Als Männlicher Lehengüter vnd gesambter Hand/ Recht vnd gewohnheit ist.

Doch also/ vñ mit dem bescheide/ wann obgemelte Jacob vnd Christoff von V. Gebrüdere/ Todes halben abgehen/

 vnd

vnd keine Männliche Leibes Lehens Erben nach sich lassen werden/vnd daß derselbigen auch nicht mehr sein wird/daß alßdann/ vnd nicht ehe/ obbeschriebene Güter/ an Heinrichen von V. den Eltern/ jhren Vettern: Oder/ so er auch nicht mehr sein wird/ an seine Männliche Leibes Lehens Erben/ die er nach sich lassen wird/ kommen vnd fallen sollen: Sonder alles gefehrde.

Geben Sonnabends nach Quasimodogeniti, Nach Christi Geburt/ Im 1535. Jahr.

NUMER. III.

Extract Lehnbrieffs/ Anno 1541.

Lehnbrieff De Anno 1541. Huic investituræ, subsequentes omnes sunt conformes.

WIr Albrecht von Gottes Gnaden/ der heiligen Römischen Kirchen des Tituls S. Petri ad Vincula, Priester/ Cardinal/ vñ Legatus natus, Ertzbischoff zu Magdeburg vnd Mäyntz/ Primas in Germanien, des heiligen Römischen Reichs Ertz Cantzler vñ Churfürst / Administrator des Stiffts Halberstadt/ Marggraff zu Brandenburg/ zu Stetin / Pommern/ der Cassuben vnd Wenden Hertzog/ Burggraff zu Nürnberg/ vnd Fürst zu Rügen /.

Bekennen öffentlich/ an diesem Brieffe/ daß wir vnserm lieben getrewen Curdten von V. Als dem Eltisten/ vnd zu mit behueff allen von V. Vettern vnd Gebrüdern/ vnd jren Leibes Lehens Erben/ Einem Jeden zu seinem Rechten / vnd nach voriger belehnung gesambter Hand/ vnd SIPPE zufallen/ sämbtlichen vnd sonderlichen/ in eine gesambte Hand / gnädiglich geliehen haben/ vnd leihen jhnen/ in: vnd mit Krafft vnd Macht dieses Brieffs/ die Burgk/ etc.

NB.

Dieselbige obbemelte Güter / sollen die von V. sämpt-

sämbtlich vnd sonderlich / Als ein gesampt Lehen / ein jeder zu seinem Rechten / von vns / vnd vnserm Ertzstifft Magdeburg / zu rechtem Männlichen Lehen / haben / halten / gerühiglich besitzen / der auch nützlich geniessen vnd gebrauchen / Als Männliches Lehnsguts Recht vnd gewonheit ist / etc. Des zu Vhrkunde etc. Geben im 1541. Jahr.

NUM. IV.

Stambaum der von V. vff der Weissen seiten.

Herr Hans von V. Ritter.

- Ludwig: †.
  - Heinrich: †.
    - Ludwig: †.
      - Ludwig †.
      - Heinrich: †.
        - Henrich: †
        - Ludwig: †
        - Jobst: †.
          - Heinrich. *Opponit se Joachimo, nec est de descendentibus Henrici primi, primi acquirentis.*
      - Levin: †.
        - Ludwig: †
          - Philip. Sigmund. Friedrich Ulrich. *Opponunt se Joachimo.*
    - Heinrich: *I.* †
      - Heinrich: *II.* †
        - Heinrich. *III.* †.
        - Achim.
          - Heinrich Julius. Achim Friederich. Philip. Rudolff. Adrian Hildebrand.
- Ludolff: †.
  - Hilmar: †.
    - Levin: †.
    - Jacob: †
    - Christoff: †.
      - Hans: †
      - Hilmar: †.
      - Herman: †.
      - Christoff: †
        - Christoff: †.
        - Carsten: †

NB. Joach. Proximo defuncti Christophori agnatus.

NB. De Christ. successione agitur, qui ex lineâ Hilmari, primi investiti, ultimus fuit.

Stambaum der von V. vff der Weissen seiten.

- Heinrich Ritter: †.
  - Heinrich: †.
    - Heinrich: †.
      - Matthas: †.
        - Levin: †.
    - Gottschalck: †.
      - Cordt: †.
        - Achatius: †.
          - Achatius: †.
            - Borchardt.
          - Matthias: †.
            - Curdt:
            - Heinrich:
    - Güntzel Ritter: †
      - Hardewig: †
        - Achim: †.
          - Levin: †.
            - Jost.
              - Hans.
  - Güntzel Ritter: †.
    - Heinrich: †.
      - Güntzel: †.
        - Busse: †.
          - Güntzel.
            - Bartoldt.
        - Joachim: †.
          - Philip.
            - Joachim Ernst.
          - Busse.

Ad rem tandèm ipsam ut accedamus, Henrici filios, modernos Pupillos, nec non Henricum, Jobi filium, ad successionem feudorum, à Christophoro relictorum, unà cum Joachimo, in capita admittendos, hæ inducuntur, uniceq; urgentur rationes.

RATIONUM DUBITANDI, PRIMA.

Prima dubitandi ratio petitur ex eo, quòd jure Saxonico, seu in territorio Saxonico, filij soli, in feudis, patri succedant: Lehnrecht *Cap. 21. Vers.* Es vorerbet niemand sein Lehen/ an einen andern/ Ohn der Vater auff den Sohn. *Cap. 22. Versic.* Soll der Sohn kommen. Landrecht *Lib. 1. Art. 18. In princip. Et Gl. Lit. A. Versic.* Ein LehensErbe ist der Sohn.

Filij soli in feudis succedunt.

Cæterùm; inter agnatos, in lineâ collaterali, nulla, Feudalia bona si respectes, detur successio: Lehnrecht *Cap. 5. Versic.* Ob dieser ohne LehensErben stürbe. *Cap. 6. Versic.* Welcher Mann keinen Sohn hat/ der erbet die Gewehr des Guts an seinen Herrn. *Cap. 20. Versic.* So zuvor gedinge/ und anwartung. *Cap. 32. Versi.* Es sey dann/ daß jemand die anwartung anderweit geliehen. *Cap. 35. Versic.* Dann sie ohne die besitzung Landr. *Lib. 1. Art. 14. in glossâ latinâ. Lit. E.* Churfürstl. Sächß. Außschreiben/ *sub dato 18. Maij, Anno 1583.* § zu dem/ vermüg landüblichen Sächsischen Rechtens/ unter den *Agnaten*, keine *Succession* ist/ dann was man durch die sämbtliche: etc.

Agnati sibi invicèm, non ità.

Ludov. Fachsius *Differ. Juris Saxon. 29. Vers. At de Jure Saxonico. Pag. 101.* Bened. Reinhard. *Part. 3. Differ. 10. Pag. 363.* Christoph Zobelius *Part. 3. Differ. 19. Pag. 540.* Matt. Coletus *Decis. German. 51. Num. 2. Pag. 152.* Andr. Knichen *Tr. de Vesti-*

Vestitur. Pactionibus. Cap.1. Num. 54. & 64. scribens, simultaneam Investituram, ipsis Vasallis utilem esse: Principibus praejudicialem & damnosam. Pag. 26. Hartm. Pistor. *Quaest. 19. Incip. Successionis. Num. 42. & 89.* Ubi ex Hostiense, & Hieronymo Schurpfio, de consuetudine Alemanniae, sive Germaniae, ultra ducentos annos obfirmatâ, refert, collaterales, in nullo feudo, etiam antiquissimo, nisi simultaneam Investituram obtinuerint, succedere. *Pag. 57. Libr. 2.* Matth. Wesenb. *Consil. 15. Incip. Pirgius. Num. 43. Fol. 548. Consil. 41. Incip. Mortuo. Num. 97. Fol. 975.*

Undè simultanea Investitura, unicum, inter agnatos, successionis feudalis fundamentum:

Joh. Schneidevv. *De Feudis Part. 6. Tit. De Success. Collateral. Num. 21. 22. 31. Pag. 542.* Ludolph. Schraderus *De Feudis. Part. 6. Cap. 1. Incip. Docuimus. Num. 7. Fol. 105.*

Dn. Joh. Dauth. *l. Fin. Num. 81. Pag. 308. C. De pactis.* Andr. Gail. *Libr. 2. Observ. Cam. 151. Incip. Quaestio pulcra. Num. 5. Pag. 614. Ubi concludit, Jure Saxonico, Agnatos non succedere neq; in feudo novo, nec antiquo: Nisi sint simultaneè Investiti: Et sic eosdem, non ex jure defuncti: sed ex simultaneâ Investiturâ, ad successionem feudi, adspirare:* Nicht auß Krafft der Erbschafft/oder angeborner Sippschafft: Sondern allein auß Macht des Gedings / oder der gesambten Lehen. *Henning. Godenius Consil. in ord. 22. Num. 1. & 9 Fol. 142.* Ernestus Cothmannus *Consil. 26. Fol. 214.* Franeisc. Pfeil *Consil. 70. Num. 6. Fol. 115. Cent. 1.*

Hartm. Pistoris *Quaest. 21. Incip. Quià Investitura. Num. 29. & 28. Pag. 146. Libr. 2. Ubi concludit, Jure Saxonico, feuda agnatis, tantùm obvenire beneficio simultaneae Investiturae, quae sola, fons, origo, & causa devolutionis, & obventionis bonorum feudalium, in lineâ transversali, sive de novis, sive de antiquis feudis agatur, dicatur.*

Andr. Knichen *dicto Cap. 1. Num. 39. & 73. Pag. 27. tradens, Juris simultanei indolem, Hartmannum Pistoris, more suo, adeò*

deò luculentèr deduxisse, ut in his terminis, quicquid rei satis deductæ, adijciatur; haud immeritò frustraneum, & superfluũ existimetur: Proinde in successione, de proximiori vinculo, & gradu, nullam quæstionem habendam, Usum practicum, Totâ die, observare. Joh. Copus *Decis. Juris 47. Incip. In facto celeberrimi casus. Num. 8. Versic. Cùm caussa. Fol. 148.* Nicol. Reusner *Lib. 4. Decis. Juris 24. Incip. Proposita. Num. 7. Modest. Pistoris Consil. 8. Num 4. Versic. Ait Hostiensis, hanc esse consuetudinem Germanici Imperij, & se itâ vidisse judicare per Proceres Alemanniæ. Fol. 98. Consil. 9. Num. 20. Fol. 118. Consil. 33. Num. 3. Fol. 466. Vol. 1. Consil. 11. Num. 34. Fol. 125. Consil. 40. Num. 37. & 38. Fol. 644. Vol. 2. Hieron. Schurpf. Cons. 6. Incip. Super proposita. Post medium. Versic. Et itâ observatur in terris Saxoniæ. Consil. 66. Incip. Quanquàm pro Victoriâ. Num. 12. Versic. Itâ consuetudo simultaneæ Investitura, est communis toti provinciæ. Fol. 264. Cent. 1. Consil. 59. Incip. Casus, qui in facto. Num. 3. Versic. Sed solum. Fol. 311. Cent. 2. Facultas Juridica Marpurg. Consil 11. Num. 51. & 71. Fol. 89. Vol. 2.*

cui consequens, simultaneè investitos, absq; graduum consideratione, remotiores cum proximioribus, æqualitèr, prout vocari, ad successionẽ feudi, admitti:

Ludov. Fachs. Differ. Juris Saxon. 29. Vers. Ergò meritò isti omnes. Pag. 103. Bened. Reinhard. Part. 3. Differ. 12. Pag. 366. Hartm. Pistoris dicto Num. 20. attestando, moribus Saxonicis, communitèr receptum, ut hi, qui simultaneè investiti sunt; nullâ graduum consideratione habitâ, paritèr succedant, atq; eâ de caussa, remotiores cum proximioribus, admittantur. Joh. Schneidevv. dictâ Part. 6. Tit. De success. collateralium. Num. 21. Pag. 544. Ambros. Schurrerius de Heredit. quæ ab intest. deferuntur. Tit. de Specialibus in transversis successionibus. Num. 10. Versic Quo casu, pro Regulâ, in Practicâ observatur. Pag. 274. Matthias Colerus Decis. German. 52. Num. 8. Versic. In practicâ, loco regulæ, observetur. Pag. 152. Johan. Copus De-

cis.41.Incip.In facto.Num.14. Fol. 149. Ernestus Cothmannus Consil.26 Num 35.102.& 138.Fol.210. Matth. Wesenb.*Consil.41.Incip.Mortuo.Num.87.scribens, cùm notum sit, ità quotidiè judicari, & practicari, scil quòd simultaneè investiti, simul quoq; & paritèr, non considerato ordine scripturæ, vel gradùs, ad successionem, virtute duntaxat simultaneæ investituræ, admitti.supervacaneum esse, in re apertâ, diutiùs commorari.Fol.973.Consil.81 Incip.Ex his. Num.17. Fol 324.*

Atqui Personæ, in præsenti controvertentes, in transversâ lineâ constitutæ, de feudis, in territorio Saxonico sitis, agunt, & omnes, simultaneâ investiturâ, seù æquali jure conjunctæ manùs, nituntur.

ERGO paritèr, sivè æqualitèr, non attentò, gradu Unico eas differre, videntur admittendæ.

SECUNDA.

DEterminatio, plura determinabilia respiciens, æqualitèr eadem determinat.

Modestin.l.Jam hoc Jure.4. In princip. Ibiq; Jason.Num.10. & Dd.ff.de Vulg.& Pupill.Pompon.l. Si ità scriptum.8.ff.De manum.testam. Anton.l.1.C.De Testam.milit Alex.l.Quamvis.4. C. de Impub. & alijs substit Calest.3.Cap. Secundò requiri.41, in princip. De appell. Claud.Pratejus de Regul. Juris.Libr 6.Tit.2. Cap.5. Pag. 679. Bartol Socinus Regulâ Juris 533.Incip Una determinatio. Pag. 799.Frid.Prucman.De solutâ Principis potestate.Cap.4. Membr 3.Effect.1. Num.4. & 15. Pag. 655. Alvar.Valascus l. Imperium.3. Num.211.ff. De Jurisdict.Hartm.Pistoris Quæst. Juris 5.Incip Sequitur. Num.50 & 51.Pag.317.Lib.2. Modest. Pistoris Consil 9. Num 11.& 26.Fol.126. Vol.1.

Sed in nostrâ quæstione, una, per simultaneam Investituram, quæ ad plura determinabilia, investitos, diffunditur, sese exhibet determinatio:

Ergò Vasalli, æqualitèr determinati, successione pari fruentur?

TERTIA.

IN fratrum filiis, jus repræsentationis locum habet, ope & potentiâ cujus, præ-defunctum patrem referunt, & cum patruo, in stirpem succedunt;

Auth. Cessante. Versic. Præmortui fratris filij in stirpem. Auth. Post fratres 2. C. De Legit hered. Auth. Defuncto. C. Ad Senat. Tertyll. Auth De Hered. ab intest. Cap. Si igitur defunctus. 3. Versic. Vocabuntur. Nov. 118. Auth. Ut fratrum filij. Cap. Hoc. itaq. 1. Novell. 127.

Et quamvis Jure Saxonico:

Landr. *Lib. 1. Art. 3. §. Fin. Versic.* Der sich näher zu der Sipp ziehen mag der nimbt das Erbe/dem andern weitern zevor. *Art. 17 Versic.* Wann sich ein Erbe vorschwestert/ oder verbrüdert / alle die sich gleich nahe zur Sippe zihen mögen/die nemen gleichen Theil daran. *Ubi Gloss. Lit F notans, Scabinos non intelligentes, hodiè jus repræsentationis, in collateralibus, prorsus non admittere. Vers. Hodiè indistinctè præferunt proximum, & jus repræsentationis, in collateralibus, non observant. Item Vers. Consuetudo alitèr induxit.*

Weichb *Art. 57 §.* Wo sich aber ein Erbe vorschwestert *Ludov Fachsius Differ. Juris Saxon. 25. Num 1. Pag 50. Versic. Hoc licet valdè iniquum sit: Tamen quià longa consuetudo illud probavit: Ergò, pro jure, observatur, & pro hoc pronunciatur. Joh. Schneidevv. Inst. De hered. quæ ab intest. defer. Rubr. De tertio ordine succedendi. Num. 14 Fol. 413. Hartm. Pistoris Quæst. Juris 30 Incip. Mulier. Num. 12. Pag. 311 Libr. 1. Quæst. 13. Incip Utrùm. Num. 1. Versic. Longo usu receptum. Et Versic. Proindè, huic receptæ consuetudini standum*

 omni-

omninò. Pag. 173. Lib. 2. Joach. à Beust l. Admonendi. 31. Num. 876. §. Caeterùm. Fol. 739. ff. De Jurejur. Job. Borcholt. De Gradibus. Rubr. De success. descendentium. Pag. 178. Nicol. Reusnerus Libr. 4. Decis. 14. Num. 2. Fol. 115. Modest. Pistoris Consil. 26. Num. 26. Fol. 312. Vol. 1.

ordinatione itèm provinciali Saxonicâ, aliud videatur dicendum:

Churf. Sächs. Landesordn. *Part. 3. Constit. 18. §. Fin. Versic.* Wir wollen. *Itèm. Constit. 29.*

Constitutio, tamèn Invictissimi Imperatoris Caroli V. Norinbergæ, 28 Nov. An. 1521. promulgata, fratrum filios, jure repræsentationis advocat, & unà cum patruo, contrarijs statutis, & consuetudinibus omnibus rejectis, successionis participes reddit, cujus verba:

Setzen wir/daß Brüder: oder Schwester Kinder, mit jhres abgestorbenen Vaters: oder Mutter Brüdern/oder Schwestern/die andere abgestorbene jhres Vaters oder Mutter Brüdere/oder Schwestern/nach laut gemeiner geschriebenen Käyserlichen Rechte/in die Stämm zu erben, zugelassen werden sollen: Aller/vnd jeder gewohnheit/so an etwigen Orten dawieder seyn/vnd verstanden werden möchten/vnvorhindert/welche gewonheiten/auß vollkommenheit vnser Käyserlichen Macht/vnd rechter Wissen/wir hiemit abthun/vnd vornichten. *Franciscus Pfeil Consil. 12. Num. 10. Fol. 41. Centur. 1.*

Quæ constitutio Carolina, non solùm in allodialibus: verum etiam feudalibus, obtinet:

Schneidevv. dicto Num. 14. In fine Versic. Ajunt, hanc constitutionem, à quibusdam Principibus, qui Jure Saxonico utuntur, ut ab ArchiEpiscopo Magdeburgensi, Cardinali Alberto, receptam: Ideò ibi, secundum eam, contra Jus Saxonicum, hoc casu pronunciatur. Licèt contra constitutionem hanc faciant

Landr.

Landr. *Lib.1.Art.3.in gl.Lit.M.Versi.Non habet locum in hoc provincia (: sc. Saxonicâ, in allodialibus:) contra antiquissimam observantiam.Ludov.Fachs.Differ.25. Num.1. Pag. 91. In verbis: Putant, constitutionem Juri Saxonico nil obstare, cùm corrigat locorum consuetudinem contrariam, & sit non Jus scriptum: At statutum juris Saxonici est jus scriptum, & quasi singulare privilegium harum provinciarum, cui suprà dicta constitutio nihil adimit: Quò fit, ut spreto Imperatorio edicto, jus repraesentationis, in terris, ubi vigent Saxonica leges, in collateralibus, locum non habere, pronuncietur.*

& hoc, feudalium bonorum respectu, eidem Jura Saxonica:

Lehnr. *Cap.32.§.* Dieweil die Brüder. *Ubi Gl. verb.* So tritt sein Sohn. *Lit H. prout textum inducit Dan. Mollerus ad constit.Elect.Saxon.29.Incip.De Jure. Num.1. & 2.Fol.422. Part.3.Ludov Fachs Differ 25.Num.1.Pag.89 Hartm.Pistoris Quaest.13.Incip.Utrùm. Num.3.& 7.Pag.175.Part.2. Nicol.Reusnerus Libr.4.Decis.24.Incip. Proposita. Num.5 Fol. 116.* Matthias C[illegible]rus *Decis.Juris 52.Num.17.& 17.Ubi Judices Curiae Lipsiensis, item Scabinos, ita pronunciando, observare, docet Pag.155.Job.Cop.Decis 41.Incip.In facto Num.15. Fol.149. Part.1.* Ambros. Schurerius *Tr. De hered. quae ab intest: deferuntur: Tit. De specialibus, in transversis success. Pag.275.* Hieron. Schurpf. *Consil.8. Incip.Viso.Num.6.Fol. 34.Cent 1.* Matth. Wesenb. *Consil. 13. Incip. In lite Num.55. Fol.483.Cons.15 Incip.Pirgius.Num.1.In fine Fol. 537. Consil 74. Incip.Feuda Num.38.Versic.Communis Usus ita observat Fol.274.Consil.82 Incip Utrùm.Num.19.Fol.314 Num.28 Circa finem.Versic Tamen in feudis. Fol.319. Consil.83. Incip. Ex his Num.19 In fine.Fol.324.*

nec non constitutio Electoralis Saxonica, in suffragium accedunt:

Churf. Sächß. Landesord. *Part. 3. Constit. 29. In verbis:* Weil in unsern Landen gewöhnlich gehalten/ daß Bruders

 Kinder/

Kinder/mit den Brüdern/*in stirpem*: vnd also an stat jhres verstorbenen Vaters/zu eim Theil/zu den Lehen/ zugelassen werden: So thun wir auch/solche gewohnheit hiemit bestätigen: Ordnen/setzen/vnd wollen/ das bemeltes *jus repræsentationis*, auff Sächsischem Boden vnserer Lande/ dißfals/in der Lehensfolge/stat haben solle.

Licèt Investituræ, clausula: Secundum gradûs prærogativam, hoc est: Nach rechter Sipzahl/ ut potè quæ non inter fratres, & fratrum filios: Sed ad ulteriores agnatos, effectum transfundat, sit inserta:

Dictâ Constit.19. Versic. Vngeachtet/ wenn auch die *Clausul*: Nach rechter Sipzahl/ im Lehenbrieff gesatzt worden. *Ubi* Dan. Mollerus *Num.3 Fol.411.* Ludov. Fachsius *Differ.19. In medio Pag.*·05 *Ubi notat, fratrum liberos, propter Jus repræsentationis, illis concessum, cum Patruis æqualitèr succedere, non obstante suprà dictâ clausulâ: Et ità Judices supremæ curiæ Ducum Saxoniæ, item Scabinos Lipsenses, in pronunciando, observare.* Bend. Reinh. *Part.3: Differ.12. In fine Pag. 367.* Hartm. Pistoris *dictâ Quæst.13, Num.9. In fine. Et Num. 12. Vers. Secundum hanc sententiam, in omnibus casibus, secundum Jus Saxonicum decidendu, tam respondendum, quàm judicandum. Quæst. 43. Incip. Etsi. Num. 2. Pag.674 Libr.2.* Joh. Schneidevv. *dicto Tit. De tertio ordine succedendi. Num. 15. In fine. Fol.414.* Matthias Colerus *Decis. German. 52 Nu. 18. Pag.155.* Nicol. Reusnerus *Libr.4 Decis. Juris 24 Incip. Proposita. Num.8. Fol 116* Joach à Beust. *l. Admonendi. 31. Num.876. Fol.738. ff De Jure Jur. Consult. constit. Saxon. Lib. 2. Part. 1. De successiòn. Quæst. 37. Num 7. Fol.75.* Didac. Covarruvias *Practicar. Quæst. Quæst. 38. Incip. Quamvis. Num.4. § Secundò: cum seqq Fol.153.* Matthæus Wesenbec. *Consil.83. Incip. Ex his. Num.19. Vers. Clausula: Juxta gradus prærogativam, demùm, ultra fratrum liberos, operatur. Fol.314. Vol.2.*

ERGO

ERGO & in præsenti casu, fratris senioris, Henrici, filij, à Patruo, Joachimo, excludi non debent, nec possunt.

QUARTA.

MAjoris momenti judicatur, quòd Investituris, de annis 1535. & 1541. Num. 2. & 3. quibus, subsequentes omnes concinunt, non solùm simultanea Investitura, die gesambte Hand/oder zur gesambten Hand/sit expressa: Verùm etiam verba: Einem Jeden: Item: Sambt/vnd sonderlichen: Hoc est, Cuilibet: Itèm, Æquè, Paritèr: &c. adjecta.

At verò dictio: SINGULIS, separatim distribuit: in solidum attribuit:

Julian *l. Hujusmodi 84. §. Quibus. 2. Versic. Singulos servos do, lego. ff. De Legat.* 1. Florentinus *l. Ille Singulis libertis. 37. ff. De Vulg. & Pupill.* Gajus *l. In singulis heredibus. 77. ff. Ad legem Falcid.* Hieronymus à Laurentijs *Decis. Rotæ Avenionens. 66. Incip. De pensionibus. Num. 1. Pag. 255.*

& distributivum: CUILIBET, de sui naturâ, rem, unicuiq; in solidum assignat:

Ulp. *l. Itèm Labeo. 22. §. Familiæ. 1. Verb. Unicuiq; ff. Famil. bercisc.* Paul. *l. Si pluribus. 33. Versic. Utrumq; eorum. ff. De legat. 1.* Pomp. *l. Hoc articulo. 29. Verb. Quiq; eorum. ff. De hered. inst.* Dd. *l. Creditor 60. §. Duobus. 2. ff. Mandat.* Matth. de Afflict. *Cap. Un. §. Et quià. 1. Num. 18. De his, qui feud. dare poss.* Tiber. Decianus *Resp. 73. Incip. Circa primum. Num. 18. Fol. 216 Vol. 2. Eleganter* P. Paul. Parisius *Consil. 16. Incip. Circa resolutionem. Num. 15. & 17. Fol. 16. Consil. 13. Incip. Attingendo. Num. 9. Versic. In solidum, actum attribuit unicuiq;, ità, ut inter Investitos, & descenden-*

tes eorum, Jus accrescendi inducat. Fol 29. Vol. 1. Consil. 49. Incip. Visis dubijs. Num. 3. Fol. 107. Vol. 2. Consil. 16. Incip. Si castrum. Num. 2. & seq. Fol. 25. Vol. 4.

Ità distributiva: QUILIBET, ejusdem potentiæ est, actum in solidum attribuendo:

Paul. *l. Non distinguemus. 32. §. Cùm in plures. 13. ff. De recept. arbitr. Ubi dictio: QUILIBET, actum quemlibet separatim distribuit.* Ulp. *l. Interdùm. 13. Versic. Aeq; heredes sunto. ff. De Hered. instit.* Roland. à Valle *Consil. 70. Incip. Quoniam. Num. 44 Ubi notatur, quòd de naturâ dictionis: QUILIBET, sit, distributivè, & separatim versari per omnes: seu comprehendere ipsos, distributivè, & separatim. Fol. 261. Vol. 3.* Facult. Jurid. Marpurg. *Consil. 15. Num. 79. Fol. 138. Vol. 2.*

distributivum operando, ut singuli pro nominatis, & expressis habeantur:

Dd. *l. Final. Verb Unâ Ubi* Jason *Num 9. C. de Impub. & alijs substit.* Osascus *Decis. Pedemont. 23. Num. 11.* Prosper. Farinacius *in praxi Criminali Libr. 1. Quæst. 22. Num 11. Fol. 317. notans, versari illam dictionem integualiter, & separatim, per omnia prædicata: Et actum, in solidum significare, seu attribuere.* Philippus Decius *Consil. 382. Incip Verba testamenti. Num. 3. Fol 406.*

ERGO controvertentes personæ, cumprimis Pupilli, energiâ verborum: Einem jeden: Item: sambt/ vnd sonderlichen/ in solidum, æquè, sive æquis partibus, concurrent, & successio, æquali Jure, portionibus paritèr divisis, viritim deferetur:

Hieron. Schurpf. *in Consil. Num. 18. Post Cons.* Modestini Pistoris *8. Fol. 122. Vol. 1 Ubi notat, Jure communi successionem semper fieri in capita, secundum numerum personarum, exceptis duobus casibus, Uno, quando tractatur, de successione avi,*

tum

tùm nepotes, vel neptes, ex filiâ, vel filio, prædefunctis, succedere in stirpem, unà cum filio, vel filijs: Altero, quandò filij fratris præmortui, patruo, cum fratre, vel fratribus ejusdem, succedunt. Et eò JCti Lipsienses, nec non Giessenses, in responsis, infrà positis, pupillos in capite, ad successionem vocandos, consulentium, respexisse videntur.

QUINTA.

IN facto constat, Jnvestituram de Anno 1535. suprà Num. 2. simplicitèr, Jure & vigore conjunctæ manûs, sine alijs clausulis processisse: Verba sunt:

WJr Albrecht, bekennen/ daß wir Jacob/ vnd Christoffern von B. vnd auß besonderer gunst/ vnd gnade/ mit jhnen/ in gesambter hand/ Heinrichen/ dem Eltern/ Jhrem Vettern: vnd allen seinen Männlichen Leibes Lehens Erben/ so er jtzo hat/ vnd künfftig bekommen wird/ zu Rechtem Männlichen Lehen/ geliehen haben: Leihen jhnen auch/ sämbtlich/ vnd sonderlich/ also gegenwertig/ nachgeschriebene güter/ etc: Dieselbe güter sie von vns/ vnd vnserm Ertzstifft/ zur rechten Männlichen Lehen/ vnd in gesambter Hand/ haben/ halten/ gerühiglich besitzē/ die auch nützlich geniessen/ vnnd gebrauchen sollen/ alß Männlicher Lehengüter vnd gesambter hand/ recht vnd gewonheit ist.

At verò subsequentem Anni 1541. Num. 3. immutatam, novisq; clausulis insertis, emanatam, hunc in modum:

WJr Albrecht bekennen/ Daß wir Churdten/ als dem Eltisten/ vnd zu mitbehüff allen von B. Vettern/ vnd gebrüdern/ vnd jhren Leibes Le-

hens Erben/ einem jeden zu seinem Rechten / vnnd nach voriger beleyhung/gesambter hand/vnd Sippe/zufallen / sämbtlichen / vnnd sonderlichen / in eine gesambte Hand / gnädiglich geliehen haben:etc. Dieselbig Güter sollen die von V. sämptlich/vnnd sonderlich / als ein gesambt Lehen / ein jeder zu seinem Rechten/ von vns/zu Rechtem Männlichen Lehn haben/ halten / gerühiglich besitzen / der auch nützlich geniessen / vnd gebrauchen / als Männliches Lehenguts recht / vnd gewohnheit ist: etc.

ERGO, prima, quæ fertur, Investitura, per subsequentem, & ulteriores, in detrimentum pupillorum modernorum, tùm temporis, nempè Anno 1541. jam ante septuaginta quatuor annos, nonnullis voculis, seù clausulis interjectis, immutari non potuit: sed pupilli, successione, ad formam primæ, quæ solùm, Jure conjunctæ manùs, nititur, dignabuntur.

Quandoquidèm clari, & expediti Iuris sit, primam Investituram, radicem:

Francisc. Curt. Jun. *De Feudis. Part. 2. Membr. 2. Quæst. 7. Num. 43. Pag. 187.* Idem *Consil. 108. Incip. Circa controversiam. Num. 18. Versic. Prima radix attenditur. Fol. 26.*
Ludolph. Schraderus *Tr. De Feudis. Part. 5. Cap. 2. Num. 31. Fol. 87.* Francisc. Sonsbeccius *Part. 9. Num. 25.* Herman. Vultejus *Lib. 1. Cap. 7. Num. 105. In medio. Pag. 160.* Johan. Borcholtus *Cap. 1. Num. 25. Versic. Etsi plures. Pag. 15.* Udalr. Zasius *Part. 6. Incip. Deveniamus. Num. 23. Versic. Est enim. Pag. 42.*
Andr. Gail. *Libr. 2. Observ. Cam. 49. Incip. Prima. Num. 3. Pag. 381. notans, formam novæ investituræ, nihil derogare antiquæ investituræ, nec recognitionem feudi, alitèr solito factam, posteritate esse nocumento: Quinimmò, primam investi-*

turam

turam attendendam, & ad eam, tamquàm ad scopum, & primam radicem, collimandum: Surrogatum itèm, secundum qualitates primæ Investituræ, accipiendum, ut sit antiquæ Investituræ confirmatio, non novo Investituræ. Tiber. Decianus *Resp. 24. Incip. Quæritur. Num. 71. Versic. Tamquàm radix omnium. Fol. 169. Vol. 1.*

Initium:

Schraderus *dicto Cap. 2. Num. 35. Fol. 87.*

Princinpium:

Roland. *à Valle Consil. 67. Incip. Primo quidèm. Num. 7. Fol. 260. Vol. 1.*

Basin:

Henricus Rosenthalius *Tract. Feud. Cap. 6. Conclus. 69. Incip. His non sunt. Num. 7. Versic. Basis. Fol. 319.*

& fundamentum esse subsequentium, sive posteriorũ, quæ ad primam unicè declarentur, & præcisè conformentur:

Rosenthalius *dictâ Conclus. 69. Num. 7.* P. Paul. Parisius *Consil. 22. Incip. Illustrissime. Num. 6. In fine. Fol. 43. Vol. 1.*

etiamsi plures recognitiones investituræ posterioris corruptæ, factæ sint:

Rosenthal *dictâ Conclus. 69. Num. 15. In gloss. Lit. S.*

Ex priori descendit, quòd mutatio Investituræ, in nocumentum priùs vocatorum, concepta, his minùs præjudicet:

Udal. Zasius *Cap. 12. Incip. Meminimus. Num. 41. Versic. Ceterùm. Pag. 70.* Ludolph. Schraderus *Part. 5. Cap. 2. Num. 31. 35. 39. & seq. Fol. 87.*

Andr. Tiraquell, *De Retr. Lignagier. §. 32. Gloss. Un. Num. 39. Fol. 319.* Henning. Godenius *Consil. in Ord. 21. Num. 3.*

Versic. Non potest alterare. Fol. 138. Matth. Wesenbec. *Consil4. Incip. In hac difficili. Num.* 36. *Vers. Nec deincèps. Fol.* 193. *Consil.* 15. *Incip. Virgini. Num.* 32. Fol. 545. *Ubi notat, formam prioris Investituræ, in præjudicium filiorum, vel agnatorum, qui non consensisse probentur, minimè mutari posse. Consil.* 41. *Incip. Mortuo. Num.* 103. *In fine. Fol.* 977. *tradens, primævum feudi statum, ex Investiturâ antiquiori procedentem, non esse immutandum.* Facult. Juridica Marpurg. *Consil.* 11. *Num.* 67. *Fol.* 86. *Vol.* 2. Philippus Decius *Consil.* 78. *Incip. Licèt in casu. Num.* 6. *In medio. Fol.* 88. *Consil.* 185. *Incip. In causâ istorum. Num.* 3. *Circa finem. Vers. Prima Investitura attenditur, nec illi derogatur ex posterioribus investituris, quæ alitèr, quàm prima, loquatur. Fol.* 110. P. Paul. Paris. *Consil.* 2. *Num.* 13. & 14. *Fol.* 10. *Consil.* 5. *Num.* 6. *Fol.* 15. *Consil.* 17. *Incip. Potuit. Num.* 17. *Fol.* 36. *Consil.* 21. *Incip. Illustrissimam Num.* 6. *In fine. Fol.* 43. *Consil.* 29. *Incip. Prima. Num.* 64. & *seq. Fol.* 48. *Consil.* 106. *Incip. Circa. Num.* 2. *Fol.* 171. *Vol.* 1.

Ratio, quià ex stipulatione primi acquirentis, seu per primam Investituram, omnibus in eâdem nominatis, Jus sit acquisitum, & constitutum, quod ipsis, sine culpâ, & facto, auferri nequeat:

Arg. *l. Quod dicitur.* 86. *Versic. Una stipulatio. Ibid. Dd. ff. De Verb. Oblig.* Ulp. *l. Si post mortem.* 10. §. *Final. Vers. Cùm semel, beneficio aliorum, ad beneficium fuerint admissi, non curant: petant illi, nec ne. ff. De bonor. poss. l. In insulam.* 42. § *Final. ff. Solut. matrim.* Francisc. Curt. Jun. *Tract. De Feudis, Part.* 4. *Num.* 131. *Vers. Et pro istâ opinione. Fol.* 455. Jacob. Menoch *Cons.* 103. *Incip. Præsuppositis. Num.* 56. *Versic. Principem non posse immutare tenorem Investituræ, inter eos, qui sunt ejusdem agnationis, & familiæ. Fol.* 245. P. Paul. Paris. *Consi.* 22. *Num.* 8. *Fol.* 43. *Consil.* 23. *Incip. Prima. Num.* 141. & 143. *Versi.. Jus tertij semper præsumitur reservatum.*

Fol.

Fol. 50. Vol. 1. Tiber Decian. *Resp. 24. Incip. Quaeritur. Num. 7. Fol. 165. Vol. 1.*

nec etiam per Principem:

Andr. Gail. *Lib. 2. Observ. Cam. 49. Incip. Prima. Num. 7. Pag. 181. Ubi notat, non posse praejudicari agnato, nec in re, nec in spe: Cùm spes illa sit debita, Jure contractûs: Itemq;, quòd consensus, & confirmatio Principis, agnatis minimè noceat.*

ex plenitudine ejusdem potestatis:

Anton. Gabriel. Rom. *Libr. 5. Commun. Regular. Tit. De Jure quaesito non tollendo. Conclus. 1. Num. 1. Vers. Contrarium. Num. 6. & 10. Fol. 162.*

Quam doctrinam extendunt, ut mutatio Investiturae, nec posteà susceptis, praejudicio cedat:

Ludolph. Schader. *De Feudis, Part. 5. Cap. 2. Num 42. Versic. In feudo autem ex pacto. Fol. 88.* Hieron. Schurpf. *Consil. 82. Incip. N. habens. Num. 5. Fol. 417. Cent. 2.* Philippus Decius *Consil. 193. Incip. Pro tenui facultate. Num. 4. Fol. 213.*

Ergò mutatio Investiturae Anno 1541. facta, & subsequentes, priori de Anno 1535. minùs praejudicialis censenda: Et vigore hujus, Henrici senioris descendentes, simultaneè investiti, absq; ordine graduum, aequas, in successione, partes obtinebunt.

SEXTA.

Si vel maximè Investitura de Anno 1541. antecedenti praejudicaret, & sola attendi mereretur, habentur saltem eâdem, verba: Nach der Sippe: Non verò: Nach der Sippzahl:

Sipzahl: Oder: Nach Rechter Sippe/: quæ posteriores formulæ, demùm, prærogativam graduum inferre censentur.

SEPTIMA.

PRoducuntur à Tutoribus, itemq; Henrico, Jobi filio, Num. 6. 7. 8. 9. responsa Collegiorum Illustrium, quæ Lipsiæ, Halæ Saxonum; Giessenæ: & Marpurgi habentur, quatuor, in principali themate, conformia, Joachimum, nempè, successorem Christophori Unicum declarandum non esse: Verùm Pupillos & Henricum, Jobi filium, partim, unà admittendos: quæ præjudicia sub numeris, uti præmissum, bonâ fide referuntur & exhibentur.

NUM. VI.

Sententia Lipsensium.

Vrtheil der Chur Fürstl. Sächsischen Schöppen zu Leipzig.

Deindè, in lineà Johannis, Levini filij, nonnullis bonis feudalibus, in Ducatu Brunovicensis, apertis, Ludovico, Levini filio, denato, Jobus & Henricus, fratres Mortuo Ludovico, Henrici filio (: inspiciantur & examinentur schemata Genealogiarum, suprà, Num. 4. & 5.) Henricus, Jobi filius, Henrico, & Joachimo, Henrici secundi filijs, agnatis, simultaneè quidem investitis, verùm gradu remotioribus, exclusis, successionem obtinuerunt. Paritèr, ad superos excedente Levino, Matthiæ filio, in tabulâ Num 5. Achatius, Contradi filius, tamquàm proximior, remotis reliquis omnibus, gradu ulteriori distantibus, solus, ad successionem.

sionem fuit admissus. ITA constitutum atq; conclamatrum habetur, si quis fortè, ex lineâ Achatij, vel Matthiæ, Achatij filiorum, decederet, cæteras lineas, & viceversâ, ad successionem frustrà adspirare.

Comprobant deniq; ordinem successorium, tacito suffragio, omnes Agnati familiæ V. lineæ nigricantis, auff der schwartzen seiten / qui, simultaneâ, quam obtinent, investiturâ, in quâ itèm, Num. 4. denominati, secundum literarum ordinem, passim, in investituris præpositi sunt, minùs urgente, bona à Christophoro relicta nullatenùs affectant.

PER contrarium, NULLUM præjudicium, ab Anno 1517. & ultrà: vi conjunctæ manus, remotiorem quempiam ullũ, cum proximoribus, ad successionem vocatum, doceri, & exhiberi potest: Hi primas, & præcipuas sempèr habuerunt partes, & consonantia, amicitia, atq; confidentia, nullo non tempore, inter agnatos V. constitit summa, Iure suo deprædicanda: Præterquàm, quòd, nupero tempore, præter meritum, turbæ concitatæ: in offensam Illustrissimæ territorialis dignitatis, ausu privato, equites conducti: quadraginta, & ultrà, milites conscripti: fossæ excisæ: molimina facta: quæ, pacis tempore, usu suo constiterunt, deturbata: signa & symbola data: bombardæ accommodatæ: arma subministrata: & nihil non, ad Turicam quasi expeditionem, necessarium, prætermissum.

Summa consonantia inter agnatos V.

Tumultus bellicus nuperus.

Satiùs, & rectiùs, ex adverso consulentes, monuisset fabula Homeri Iliad: 9. De Ate, & Litis: dùm illam, Dam facit, quæ rebus mortalium, noxas, atq; turbas, immittere soleat, & acribus oculis, atq; prævelocibus

Fabula Homeri.

H 2 pedibus

pedibus sit prædita: Litas verò, Deas, multo intervallo eam consequi, scribit, quæ, quod Ate turbaverit, sopire nitatur: Has autem Litas, strabis oculis, & claudis pedibus, fingit: Illud nimirùm innuens, offensas esse citas, reconciliationes tardas;

Erasmus Roterodamus *Chil. 1. Centur. 7. Adag. 13. quod est: ὁ θυμὸς ἔσχατον γηράσκει: Ira omnium tardissimè senescit. Fol.* 84.

VERUM, hæc missa sunto: DE consuetudine, ubi verba fecimus, dùm consuetudo, nec non pactum suo modo, æquiparantur:

Transitio ad incidentem feudalem Teutschmannorum controversiam.

Nicol. Eberhard. *Loco legali: A pacto ad legem.* 120. *Num.* 10. *Pag.* 819.

in quæstionem illustrem venit: Utrùm pacto familiæ privato, Ius successionis, investituris contrarium, inter simultaneè investitos, Domino feudi inconsulto, induci, & obfirmari possit?

Negativa decisio.

AD quàm συζήτησιν, negativè respondendum: Duabus restrictionibus subditis: Unâ, si Domini consensus, tacitus, vel expressus, à posteriori concurrat: Alterâ, si consuetudo inveterata, minùs interrupta, & requisitis suis constans, pacto in succursum veniat. Thesin firmant *Dd. l. Final. C. De Pactis:* quam successionis, conservativæ, & destructivæ: respectivè, in acquisitione, retentione & amissione, materiam, cotidianam, notabilem, singularem, auro & argento plenam, scribit, & elegantissimis, prò & contrà, facientibus rationibus, ampliationibus, & limitationibus illustrat Vir Amplissimus, ICtus Excellentissimus, Dn. Johannes Dauthius:

Restrictiones 2.

Commendatio thematis.

Dictâ

Dictâ l. Fin. Num. 1. & multis seqq. Pag 107. Magnificè itèm Hartm. Pistoris *Quest. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Pag. 1. 30. 73. 111. 131. 149. Libr. 4. qui omninò videantur.*

Quæstionem verò, Dn. Dauthius, Num. 81. Pag. 307. hunc in modum resolvit:

Decisio Dn. Ioh. Dauthij.

Pacta successoria, quandò plures, de feudo, investiti sunt, inutilia reprobata, decisione legis nostræ (nempè dictæ l. Fin. C. De Pactis, cujus summarium: Pactum hereditatis dispositivum, bonis moribus contrarium, tristissimi eventûs plenum, repelli, & nihil ex eodem observari:) comprehenduntur: cùm & successionis futuræ, & ordinis successionis feudalis dispositiva, immutativa, atq; destructiva sint, & nullo Jure, vel Saxonico, vel communi, justificari queant: More majorum in Germaniâ, jam olim, nulla in feudis, collateralium successio fuit, quo veterum Germanorum Jure, etiamnùm Saxonia utitur, ità tamen, ut quòad collaterales, juri agnationis, Jus conjunctæ manûs successerit, cùm præter simultaneam Investituram, aut Jus conjunctæ manûs, quòad collaterales, nullum, in terris Saxonicis, successionis sit vinculum: Cujus simultaneæ Investituræ introducendæ, aut innovandæ Ius, haudquaquàm penes agnatos est, sed ad eam, consensus Domini feudi requiritur:

Agit de pluribus convestitis pacilcentibus: Non extraneis admittendis: quod postremum, vasallis, ceù privatis, per se, citra omne dubium, minùs integrum.

Ius conjunctæ manus, juri agnationis successit.
"Consensus "Domini necessarius:

Hartm. Pistoris *Quest. Juris 20. Incip. Cùm in feudis. Num. 16. & 2. Pag. 73. Lib. 2.* Henning. Godenius *Consil. in ordine 22. Num. 1. Fol. 141.*

Quin & omnium, quorum interesse vertitur, consensus necessarius est, ubi de Iure conjunctæ manûs immutando, agitur, cùm ignoranti, & invito Ius semel quæsitum, extorquendum non sit: Ut ità minimè dubitandum

Et omnium convestitorum.

bitandum, ejusmodi pactum, Jure Saxonico, planè vitiosum: Nec minus Jure communi, res expedita habetur, tùm quod in necem agnatorum, quibus, ex contractu feudali, Ius est quæsitum, ordo succeßsionis immutari non poßsit: tùm quòd agnatus amplius Ius in feudis, non habeat, quàm illi, aut tenor Investituræ, aut Jura feudistica tribuunt: Porrò, ut nulla Iura, aut Canonica, aut Civilia, aut feudistica, ejusmodi pactum odiosum, diſpoſitivum, & maximè, ordinis successionis feudalis destructivum, probant: Ità nè quidèm tenor Investituræ, in feudis proprijs, tale aliquid indulgere solet. Est enim contractus feudalis, stricti Iuris, & proindè, strictè intelligendus: Ergò in eo nihil extrinsecum exaudiendum, sed tenor Investituræ, ad literam, potiùs, tenendus est, ut nihil in eo comprehendatur, quod non inveniatur clarè expressum: Hactenùs Dn. Danthius.

Concedunt in argumentum, qui pacta familiarum, non nisi Principis auctoritate, confirmata, sustinent:

Andr. Gail. *Lib. 2. Observ. Com. 127. Incip. Pacta. Num. 6. Pag. 557.* Pet. Heigius. *Quæst. Juris 23. Inc. Certa. Num. 41. & 44. Pag. 311. Libr. 2.*

Comparatio minoris.

Si parva licet componere magnis: Nempè, quæ saltèm differunt secundum plus, & minus, non dicuntur differre specie:

Alfen. *l. Scapham. 44. ff. De Evict.* Labeo. *l. Fin. ff. De instruct. legat.* Ludolphus Schraderus *De Feudis Part. 2. Cap. 2. Num. 41. Fol. 20.* Hieron. Schurpf. *Consil. 86. Incip. Ad clarè ostendendum. Num. 11. 442. Gent. 2.*

Et hæc maximè locum habent, si paciſcentes, de Domini

mini feudi consensu, adhibendo, ejusq; auctoritate, investituris immutandis, interponendâ, expressim egerint: Proùt verba pacti de Anno, 1559. ità se habent: Vnd soll hinfurter/ mit den Lehengütern/ auff 3. Linien / also gehalten werden: Alß Heine/ etc. ist ein Stamm: wann von dem Stamme einer vorfället/ vnd ohne Leibes Erben abgehet/ sollen die nechsten im grad, deroselben nachgelassene güter allein nemen / vnd in Krafft der gesambten Hand / dermassen vorfällen: Vnnd diese berührte Clausul: Nach Rechter Sipzahl / sol hinfürder in vnsern Lehenbrieffen / außgedruckt/ vnnd cavirt werden: Do nemlich einer von obgesattem N. ohne Leibes Lehens Erben/ mit Tode abgienge/ so Lehengüter vom Ertzbischoff zu Magdeburg / vnnd von allen vnsern Lehen-Herrn do wir Lehengüter von zu Lehen rührende/ haben/ trüge / daß/ der Sipzahl nach/ die nechsten im grad, derselbigen lineen, oder Stams / das Lehen erben/ vnd behalten.

Verba conditionata pacti controversi.

"Clausl: Nach "Rechter "Sipzahl/ sol außgedruckt werden.

Forma: wie die Lehenbrieff geändert werden sollen.

At verò consensus Domini, nec impetratus: nec investituræ, ad normam simultaneæ investitionis, seù conjunctæ manùs, priùs conceptæ, ad formam successorij ordinis, postmodùm redactæ: Verùm antiquo more, bloß auff die gesambte Hand / hac indole: Wir Joachim Friederich / Postulierter Administrator, bekennen/ daß wir N. N. zu rechtem Männlichen Lehen/ vñ in gesambte Hand/ geliehen haben/ Leihen / etc. Dieselbige güter / die N. gebrüder/ vnd Vettern/ num fürbaß von vns / vnd vnserm Ertzstifft Magdeburg / zu Rechtem Männlichen Lehen / vnd in gesambter Hand/ haben/ halten / geruhiglich besitzen/ die auch/ nützlich/ geniessen/ vnd gebrauchen sollen/

vnd

vnd mögen/alß Männlicher Lehengüter / vnnd gesambter Hand/ Recht / vnd gewonheit ist / vnnd in aller massen / jhre verstorbene Väter / vnd Vettern/ vnd sie/die/vormals /von vnserm Nechsten vorfahren/ zu Lehen gehabt/vnd gebraucht haben: Hierbey vnd vber/ seind gewesen/etc. Geben Sonnabents nach Reminiscere, Anno 1569 Item Montags nach Judica Anno. 1590. &c: casibus, tùm ex parte Domini feudi, tùm Vasallorum, aliquotiens, renovando, obtingentibus, receptæ fuerunt.

Pactum ergò, consensu Domini feudi, tùm per se, tùm in reformandis Investituris, destitutum, invalidum judicabitur: Præsertim, cùm interessentes, seù investiti omnes, sigilla, & subscriptiones non apposuerint: sed una linea, quæ jam tredecim masculos repræsentat, in huncusq; diem, in subsignando, assensum denegârit: Nempè, quòd omnes tangit, ab omnibus debet approbari: In specie, quoad feuda, traditur,

Vna linea, in præsenti, tredecim masculis constans, non subscripsit.

Lehnr. *Cap. 32. circa medium, In verbis:* Die ein gut zusammen haben / vnnd von dem Herrn sämbtlich belehnt seind/ Jhr keiner mag den andern seinen theil daran vbergeben / noch aufflassen / daß es die andern Leiden dürfften. *Adde*. *Bonif. 8. Cap. Quod omnes. 19. De Regul. Juris in 6.* Ulp. *l. In concedendo. 8. Versic. Cùm minuitur Jus quorundam, consequens est, exiquiri, an consentiant?* Paul. *l. In diem. 9. §. Fin.* Ulp. *l. Si autem. 10 Versic. Omnium voluntatem esse sequendã, non ambigitur: Iniquum enim visum est, voluntatem unius, alijs præjudicium facere ff De aquâ pluv. arcend. l. Quicunq. 3 In fine. Versic. Ut omnium consensu fiat, quod omnibus profuturum est. C. de omni agro deserto. Libr. 11.*

Omnium approbatio necessaria.

in re, quæ ex plurium consensu agitur, omnium voluntas spectetur:

Respondet

Respondet Mæcianus *l. Non solùm. 31. In medio. ff. De oblig. & act.* Iustin. *l. Fin. C. De Pactis. Ubi in terminis de pacto successionis, agit, & determinat: In alienis, vel communibus rebus, contra Domini voluntatem, aliquid fieri, vel pacisci, sectam nostrorum temporum non pati.*

Et in his, quæ sunt communia pluribus, non ut universis, sed ut singulis, factum aliquorum, vel plurium, alijs non præjudicat: Adeò, quòd si essent centum, quorum consensus requiratur, nonaginta novem, uni dissentienti, præjudicare non possent:

Nonaginta novem non præjudicant Uni, qui centesimus habetur. NB.

Octavius Simoncellus *de Decretis Judicum, in contractibus minorum. In Præfat. Num. 112. Pag: 57.* Dynus Muxellanus *Dicto Cap. Quod omnes.* Hartm. Pistoris *Quæst. Juris 37. Incip. Cùm hoc seculo. Num. 11. Pag. 402. Lib. 1.* Petr. Greg. Tholoz. *De Republ. Lib. 7. Cap. 20. Sect. 40. Pag. 507. Tom. 1.*

Et plus quàm manifestum, in contractibus, qui scripturâ conficiuntur (: præsertim si plurium consensus necessarius sit :) antequàm illa, ex asse, per totum, sit confecta, resilire, & pœnitere licere: Teste Justiniano *in princip. Instit. De Empt. & Vendit.* hisce verbis: In contractibus, qui scripturâ conficiuntur, non alitèr perfectam esse venditionem constituimus, nisi & Instrumenta venditionis fuerint conscripta, vel manu propriâ contrahentium, vel ab alio quidem scripta, à contrahentibus autem subscripta: nisi & completiones acceperint, & fuerint partibus absoluta: donec enim aliquid deest ex his, & pœnitentiæ locus est, & potest contrahens, sine pœnâ, recedere.

Repetit Imperator *l. Contractus. 17 C. De fide Instrument.* hoc modo. Contractus cujuscunque caussæ, quos in scriptis fieri, placuit, non alitèr vires habere sancimus, nisi

Instrumenta, in mundum recepta, subscriptionibusq; partium confirmata: Et si per tabellionem conscribantur, etiam ab ipso completa: & postremò, à partibus absoluta sint: Ut nulli liceat, priusquàm hæc ità præcesserint, vel à schedâ conscripta (: licèt literas unius partis, vel ambarum habeat:) vel ab ipso mundo, quod necdùm est impletum, vel absolutum, aliquod Ius sibi, ex eodem contractu, vendicare: Quæ tàm in POSTEA conficiendis Instrumentis, quàm in his, quæ jam scripta, nondùm autem absoluta sunt, locum habere præcipimus: &c. Et hanc opinionem videlicet ubi de scripturâ inter partes, nominatim convenit, illam partibus suis absolutam, & ab OMNIBUS subscriptam, necessariò requiri: & partes, ante ejus perfectionem, resilire posse, ex Interpretibus propugnant:

Nota hic, de reformando instrumento Investitutæ.

Anton. Gomez *Tom.* 1. *Variar. Resolut. Cap.* 2. *Incip. Contractus. Num.* 17. *Fol.* 119. Anton. Gabriel Roman. *Libr* 3. *Commun. Regular. Tit. De Pactis, & Convent Conclus.* 3. *Num.* 1. *Fol.* 137. Matth. De Afflictis. *Decis Neapolitanâ.* 39. *Incip. Per binas relictiones: Num.* 4. *Versic. Pœnitentia habet locum. Fol.* 64. Nicol. Boerius *Decis. Burdegal.* 48 *Incip. Quaritur, an proximor. Num.* 18. *Versic. Et hæc opinio magis placet. Fol.* 142. P. Greg. Tholoz. *Libr.* 15. *Syntagm. Juris Univ. Cap.* 17. *Incip. Quamquàm Num.* 2. *Fol.* 509 Brunorus de Sole, *in compendio resolutorio Propositionum Juris, Lit. C. Verbo. Contractus vendit: Fol.* 53.

Nec incognitum, multa tractari, quæ non perficiuntur:

Joseph. Mascard. *De Probat. Conclus.* 617. *Incip Emptio. Num.* 1. *Fol.* 20. *Vol.* 2. Alex. Tart. Imol. *Consil.* 13 *Incip. Ex his. Num.* 17. *Fol.* 16. *Conf.* 18. *Incip. Viso Processu Num.* 2. *Fol.* 21. *Libr.* 1

multa

multa dici, quæ non fiunt:

Jacob. Menoch. *Lib 2. De Arbitr. Jud. Quæst. Casu 470. In princip. Fol. 621.*

ante conclusionem finalem, contrahentes, non dici contràxisse, sed contràhere velle:

Menoch dicto casu 470. *Num. 4. Ubi ex* Baldi *consilijs notat, quòd aliud sit, dixisse: aliud fecisse, seu contràxisse.* Facult. Jurid. Marpurg. *Consil. 12. Num. 63. Fol. 225. Vol. 1.*

Et conclusionem, seù consummationem actûs, attendendam, quicquid etiam anteà tractatum fuerit.

Matth. De Afflict. *Dictâ Decis. 375. Num. 5. & 6. Versic. Sola conclusio dicitur esse contractus.* Andr. Tiraq. *De Retr. Convent. §. 5. Ad finem tituli. Num. 14. Fol. 410. Ubi scribit, testes, qui interfuerint tractatui, & non conclusioni, nihil probare: Cùm sola conclusio dicatur contractus.* Tiber. Decianus *Resp. 64. Incip. Licèt dubia. Num. 16. & 18. Fol. 163. Vol. 3. notans, contrahentes, qui, concludendo conventionem, fuerint discordes in addendis qualitatibus, nil egisse dici: conclusionem unicè attendendam.*

Immò, licet pactum, à priori, validum concederetur: à posteriori, per novissimum pactum, quo post obitum Heinen A. 13. Iul. Anno 1568. vitâ excedentis, divisio ejusdem bonorum feudalium, inter agnatos, simultaneè investitos, Iure conjunctæ manûs, in capita, per portiones, quarum primam Abelus: Secundam Iohannes Fridericus: Tertiam Abelus, & Thomæ filij, respectu Ludovici: quartam Ioachimus & Henricus: Quintam Casparus, Ebenlingus, Iohannes, & Valentinus, fratres: Sextam Iohannes Mauritius, & Mauritius, fratres: Septimam Conradus, Zacharias, & Henricus, fratres: Octavam Iohannes, Præter, Iohannes Martinus,

ctus, secundum legum, seù investiturarum dispositionem, intelliguntur. Fol. 202.

Prius pactum, ab Anno 1479. usq; in annum 1553. per 74. annos, irrevocatum, robore suo constitit:

Modest. Pistoris *Consil. 8. Fol. 96. lin. 1. Fol. 111. col. 1. lin. 16. Fol. 113. col. 2. lin. 13. Vol. 2.*

Posterius, nec completionem assecutum: Et si completũ, perhibeatur, expressâ contrariâ conventione, maximè 21. Novemb. 1583. divisione Henrici bonorum feudalium, inter remotiores, & proximiores, Jure simultaneæ Investituræ, æqualitèr factâ: Itèm, post mortem Zachariæ 22. Decembr. Anno 1595. ubi negotium, contra proximiorem, succedere annitentem, 3. Novem. Anno 1596. ad Dominum feudi delatum, terminus ad cognoscendum, Lunæ post Reminiscere, Anno 1597. præfixus: Commissio, nomine Illustrissimi decreta: ilia ex intervallo aliquot annorum iterata: citatio ad diem 1. Decem. Anno 1600: & 16. Febr. Anno 1601. à Commissarijs, Sylvestro Lehemanno, Officiali generali, & Gebhardo Goldsteinen/Præfecto Mosendariæ, sub pœnâ contumaciæ, emanata, atq; ità per interpellationem judicialem, observantia pacti, seù asserta consuetudo, interrupta & annullata: Necnon, dum Investituræ, ad normam conjunctæ manûs, pacto asserto contrariæ, ab OMNIBUS Agnatis, aliquotiès receptæ, jugitèr retentæ, comprobatæ, renovatæ, revocatum, atq; annullatum fuit. Ne memorem, tempore, videlicèt, circa annum Christi 1559. quô pactum conceptum fertur, & antè, successionem, inter agnatos A. vigore simultaneæ investituræ, per admissionem remotiorum, prævaluisse,

eamq; sententiam, Consilio Sapientum habito, fuisse comprobatam: quod subsequentia pacti asserti verba, in exordio, evincunt: Zu wissen: Nach dem sich etliche jrrungen / vnnd zwispalt / zwischen Herrn Heinen / vnd Arnd A. gebrüdern / an einem: Vnd Heinrich / Ludowig / Ebeling / Friederich / vnnd Moritz / den A. gebrüdern vnd Vettern / am andern teil / erhalten haben / von wegen etlicher Lehengüter / durch jhren Vettern / Vlrich A. zum grossen Salza / ohn Leibserben / verfallē: Als seind die genante Heine / vnd Arnd A. des verstorbenen Vlrichs A. Großvaters Bruders Sohns Kindere / an einem: Heinrich / Ludowig / Ebeling / Friederich / vnd Moritz / gebrüdere / vnd Vettern / die A. seind vorgedachtes Vlrich A. Groß Vaters Bruders Söhne: Nun haben sich die gedachte A. Brüdere / vnd Vettern / vmb den fall Vlrichs A vertragen / also / Daß die vorlassene Lehengüter / durch Rechtsverständiger belehrung / vñ bekentnus / auß krafft der gesambten Hand / vnnd vermüge sämbtlicher belehnung / nach gemeinen gebräuchlichen vblichen Sächssischen Rechten / zugleich / nach Personen anzahl / gefallen / vnnd gekommen sein sollen: etc. Notetur hîc, Heinonem, & Arnoldum, respectu Henrici, Ludovici, Ebeling, Friderici, & Mauritij, gradû remotiores fuisse: Et tamen ad consultationem, & sententiam Iurisperitorum, vigore recognitæ investituræ, ad successionem æqualem, in Capita factam, admissos: Quo exemplo, & præjudicio contradictorio: itèm confessione partis adversæ, in producendo, & prædicando pacto, quod tamen ipsi, hoc respectu, contrarium, nihil illustriùs, nihil luculenti-

Computatio agnationis.

Sententia Iurisperitorum.

Ratio decidendi: Vigor, & tenor investituræ.

lentiùs, nihil manifestiùs esse potest. Si jam, reus pactum, consuetudini conjungere, sivè consuetudine firmare satagat, reponitur, pactum, quod per se infirmum, atq; nullum, nullum Iuris effectum, quoàd cumulationem, adhæsionem, seù admixtionem, operari:

Eius, quod nullum, nulla adhæsio.

Ulp. *l. Si se non obtulit. 4. §. Condemnatum. 6. Versic. Caterùm. ff. De re Judic.* Idem *l. Non putavit. 8. §. Non quavis. 2. Verb. Ritè facta. ff. De bon. poss. cont. tab.* Idem *l. Tabularum. 2. §. Testamentum. 1. Verb. Abusivè. ff. Testam. quemadm. aperiantur.* Paul. *l. Si quis aliquid. 38. §. Testamentum. 6. Versic. Quod, nullo Jure, valet, impunè supprimitur. ff. De pœnis.*

nec nomen actus meretur:

Dicto. §. Condemnatum Jacob. Menoch. *Libr. 4. Præsumpt. 10. Incip. Cùm ambigitur. Num. 21. Fol. 12. Libr. 6. Præsumpt. 4. Incip. Est admonitùm. Num. 44. Fol. 616.* Andr. Tiraq. *De Retractu Lignagier. §. 1. Gl. 2. Num. 5. 6. 7. Fol. 10.*

Quippè, sit re priveris, nec nomen habere mereris:

Gloss. *Cap. Admonere. 8. In princip. Causs. 23. Quæst. 1.* Andr. Tiraq. *Add. Boves. 89. §. Hoc sermone 1. Num. 9. Fol. 190. ff. De Verb. signif.* De Retract. *Lignagier. §. 1. Gloss. 1. Num. 9. Vers. Versus vulgatior, quàm elegantior. Fol. 21.* Matth. Wesenb. *Consil. 26. Incip. Nobilis. Num. 30. Versic. Immò non debet. Fol. 734. Vol. 1.*

AD consuetudinem solam, relicto, vel rejecto pacto, Reus si, ceù facere videtur, confugiat, jam de ipsius caussa ACTUM:

Andr. Kniechen *De Vestitur. Pactionibus. Cap. 1. Num. 79. Pag. 28.*

Ubi in terminis successionis feudalis, notabilitèr scribit;

bit, nihil frequentiùs esse, quàm ut caussarum Patroni, si solidâ responsione, vel defugiendâ occasione, destituantur, illicò ad consuetudinem, succursum sumant, eamq;, veluti clavam Herculeam, prætendant: ejus argumenti lubricitatem, dùm consuetudinis probatio, requisitis, quæ ad ejus absolutum documentum, Interpretes efflagitant, attentis, summæ difficultati adscribitur, parùm ponderantes:

Extremum refugium, ad consuetudinem.

Adde Aymom. Cravet. *Consil. 592. Incip. Pudor. Num. 91. Fol. 80. Vol. 4. scribens; exemplis caussas non dirimi:* Justin. *l. Nemo. 13. Versic. Cùm non. C. De Sentent.*

& advocationis indoctæ esse, ab exemplis opem petere, cùm Jura non suppetunt, ut, judicatum sic esse, dicant:

Andr. Knicchen *ex Nicolaio Boërio, de auctoritate magni consilij. Num* 170.

Consuetudinis requisita. Primum.

Summaria consuetudinis introducendæ capita, seù requisita, summariè ut perstringantur, PRIMUM erit: quòd non præsumatur: Sed ab allegante, probanda:

Gloss. *l. 1. Verb. Probatis his. C. Quæ sit longa consuetudo.* Andr. Gail. *Libr. 1. Observ. Cam. 31. Incip. Ad inducendam Num. 14. Pag. 343.* Tiber. Decian. *Resp. 5. Incip. Primò igitur. Num. 41. Fol. 45. Resp. 15. Incip. Contendunt. Num. 64. Fol 154. Vol. 1.*

& quidem in specie:

In specie probanda.

Roland. à Valle *Consil. 69. Incip. In præsenti consultatione, Num. 24. Fol. 252. Vol. 3.* Aymo Cravetta. *Consil. 855. Incip. Disceptatio. Num. 6. Fol. 167.*

Undè ejusdem evictio, multùm in difficili posita est:

Hieron. à Laurentijs *Decis. Rotæ Avenionens. 18. Incip. De fructi-*

fructibus. Num. 15. *Pag.* 62. *Decis.* 20. *Incip. De illo, qui accusabatur. Num.* 9. *Pag.* 71. Joseph. Mascard. *De Probat. Conclus.* 423. *Incip. Consuetudinem esse. Num.* 1. *Fol.* 258. *Vol.* 1. Pet. Paul. Paris. *Consil.* 31. *Incip. Omissa. Num.* 15. *Fol.* 71. *Vol.* 1.

Secundum requisitum est, quòd, tempore legitimo, sit introducta: Legitimum verò, Jure Saxonico, habetur, decursus tringinta annorum, anni unius, sex hebdomadarum, & trium dierum: Nec minus: Secundum.

Ludov. Fachsius *Libr.* 1. *Differ. Juris Saxon.* 12. *In fine. Pag.* 53. Bened. Reinhard. *Libr.* 2. *Part.* 6. *Differ.* 2. *Pag.* 497. Matthias Colerus *Decisc. Germ.* 21. *Num.* 6. *Pag.* 80. idem *de process. executivis. Part.* 1. *Cap.* 3. *Num.* 30. *Versic. Usus obtinuit. Et Versic. Ità quotidiè practicatur. Fol.* 104. Johan. Schneidevv. §. *Sine scripto.* 9. *Num.* 5. *In fine. Fol.* 21. *Inst. De Jure nat. gent. & Civil.*

Tertium: Necessarij erunt duo actus: Tertium.

Bartolus *l. De quibus,* 32. *Num.* 11. *In fine. Versic. Dico, quod ad minus, duo actus, requirantur. ff. De Legibus.* Joh. Sichardus *ad Rubr. Num.* 17. 18. *Fol.* 1155. *C. Quæ sit longa consuet.* Andr. Gail. *Libr.* 2. *Observ. Cam.* 31. *Incip. Ad inducendam. Num.* 7. *Pag.* 341. Alij, pro arbitrio Judicis, plures requirunt. Joh Schneidevv. §. *Ex non scripto* 9. *Num.* 6. *Vers. Magis communis, & vera sententia est. Fol.* 21. *Inst. De Jure natur.* Matth. Wesenbecius *ff. de Legibus. Num.* 9. §. *Ad inducendam. Pag.* 33. Joh. Corasius *de Jure civil. in artem redigendo. Libr.* 2. *Cap.* 19. Jac. Menochius *Libr.* 2. *De Arb. Jud. Quæst. Casu* 81. *Incip. Controvertunt. Num.* 4. *Fol.* 181. *Ubi hanc opinionem, veriorem perhibet.* Hugo Donellus *Libr.* 1. *Comment. Cap.* 10. *Incip. Circa. Versic. Sed frequentem. Fol.* 2. Matth. De Afflict. *Decis. Neapolit.* 32. *Incip. In regiâ. Num.* 17. *Vers. Quià testes. Fol.* 470. Joseph Mascardus *De*

Andr. Kniechen *dicto Cap. 1. Num. 88. & 96. Pag. 30. scribens, compromissariam decisionem, non præjudicare: Judicem Jurisdictione præfulgentem, de consuetudine solummodò testari posse, ipsiq; fidem indulgendam.*

Verum requiritur, SEPTIMO, sententia diffinitiva: Septimum.

Andr. Kniechen *Tract. De Vestiturar. pattion. Cap. 1. Num. 82. Pag. 28. Ubi ex Alberico de Rosate, & consilijs Fabij de Anan. refert, necesse esse, ut sententia prolata, noscatur diffinitiva, siquidèm sit actus solennis, multâq; deliberatione explicandus, aptus ad jus constituendum: Et tùm, si bis longo tempore, sit judicatum, neq; illo interstitio, contrarium factum, consuetudinem firmatam: Niti enim eam, hoc modo, tacito Populi consensu, nec non Magistratûs auctaritate.*

Concurrente, OCTAVO, idemtitate caussæ, ut nimirùm in terminis, quoàd personas, modum, gradum, locum, prorsus comparibus: ulterius conformibus ijsdem qualitatibus, & circumstantijs, ità sit judicacatum: Ratio, quòd sententia, sive Res judicata, sit stricti Juris, adeoq; eadem caussa, eadem ratio petendi, eadem personarum conditio, ut sententia, contrà aliquos lata, alijs noceat, requiratur: Octavum.

Ulp. *l. Cùm quæritur. 12. cum duab. seqq.* Neratius *l. Cùm de hoc. 27. ff. De re judicat. Ubi* Matth. VVesenbecius *Num. 3.* Johan. Zanger. *Tract. De Excep. Part. 3. Cap. 15. Incip. De exceptione. Num. 3. 4. 22. & 30. Pag. 579.* Jacob. Menochius *Consil. 390. Incip. controversa. Num. 37. Fol. 101.*

NONO, necessarius habetur consensus eorum omnium, quorum interest: Nonum.

Dictâ l. Cùm quæritur. Tot. Tit. C. Inter alios acta, vel judicata, alijs non nocere. Libr. 7. Titul. 60.

quod enim omnes tangit, ab omnibus approbari debet:

Innoc. *3. Cap. Cùm olim. 12. In fine. Versic. Plenâ omnium vestrâ interveniente concordiâ. De Sentent. & re judic.* Claudius Pratejus *De Regul. Juris Libr. 2. Tit. 10. Cap. 2.* §. *Nàm quod omnes Pag. 166.*

Decimum.

DECIMO: Interruptio, si vel unicus actus contrarius allegari, & sustineri queat, ἀξίωμα consuetudinis, in universum, elevat, atq; prosternit:

Bart. *dictâ l. De quibus 32. Num. 16.* Matthi. Colerus *De Process. Executiv. Part. 1. Cap. 3. Incip. Viso. Num. 33. Versic. Si probetur ab adversa parte, unus actus intermedius, allegata consuetudini contrarius, viciat, & interrumpit praescriptionem. Fol. 104.* Francisc. Balbus *Tract. De praescript Part. 5. Quinta part. princip. Quaest. 12. Num. 4 Pag. 478.* Hieron. Schurpf. *Consil. 47. Incip. Praedicta. Num. 8. Fol. 227. Cent. 3.* Marian. Socinus *Consil. 7. Incip. Nùnc quaesitum. Num. 11. Fol. 8. Vol. 1.*

Etiamsi mille actus, ad consuetudinem inducendam, sivè vigore consuetudinis, sint celebrati:

Ludolph. Schraderus *De Feudis. Part. 10. Sect. 20. Incip. Sciendum. Num. 157. In fine. Fol. 602.*

Requiritur enim praecisè, & pro formà, ut actus consuetudinis sint conformes: non verò per interruptionem, varij, & difformes:

Phil. Decius *l. Nemo. 123. §. Temporalis. 1. Num. 1. Versic. Si firmata. Pag. 359. ff. De Regul. Juris.* Hieron. Marilianus *Decis. 60. Num. 15.* Hiron. à Laurentijs *Decisc. Rotae Avenionens. 18. Incip. De fructibus. Num. 15. Pag. 62. Decis. 10. Incip. De illo. Num. 9. Pag. 71.* Matth. Cuno *Tract. De pactis. Lib. 1. Cap. 10. Num. 27. Pag. 426.* Ioach. Mynsing. *Cent.*

6. Ob.

6. Obſerv. Cam. 41. Incip. Præcedenti, Num. 3. Pag. 565. Facul. Jurid. Marpurg. *Conſil. 24. Num. 160. Vol. 1.* Aymo. Gravetta. *Conſil. 96. Incip. Dominus. Num. 5. Fol. 91. Vol. 1. Conſil. 313. Incip. Debitor cenſus. Num. 4. Fol. 127. Vol. 2.* Alex. Tart. Imol. *Conſil. 5. Incip. Si vera Num. 7. Verſ. Jus commune non variatur, ex conſuetudine difformi. Fol. 7. Libr. 5.* Roland. à Valle *Conſil. 13. Incip. Aliàs conſuetudo. Num. 18. Fol. 56. Vol. 4.*

Deniq; UNDECIMO, conſuetudo, & præſcriptio cumulantur, ſeù æquiparantur: — Vndecimum.

Ioh. Franc. Balbus *Tract. De Præſcript. Part. 1. Quæſt. 10. Pag. 13.* Roland. à Valle *Conſil. 5. Incip. Pulcra Num. 65. Fol. 50. Vol. 1.* Pet. Paul. Pariſius *Conſil. 15. Incip. Pulcra. Num. 26 27. Fol. 58. Vol. 1. Conſil. 15. Incip. Vidi. Num. 6 & 25. Fol. 31. Vol. 4.*

At verò, in præſcriptione, bona fides neceſſaria eſt: — Bona fidei in præſcriptione.

Sandr. *Libr. 1. Art. 29. in gloſſâ latinâ. Lit. B. Verſic. Dicit tamèn.* Matth. Weſenbecius *ff. De Uſurpat. Num. 7. Verſic. Quod vix admittendum. Pag. 745.* Idem *Conſil. 2. Incip. Præfecturam. Num. 40. Ubi Jus Saxonicum, ſecundum commune, interpretandum, ſcribit. Fol. 95. Conſil. 8. Incip. Videri. Num. 34. Fol. 361.* Pet. Weſenbec. *Conſil. 21. Num. 16. Fol. 191.* Dan. Mollerus *ad Conſtit. Elect. 3. Incip. Fundata. Num. 1. Fol. 116. Part. 2.* Iohan. Franc. Balbus *Tract. De Præſcrip. Part. 1. Tertiæ partis princip. Quæſt. 14. Num. 2. Verſic. Contrariam partem, quod tale ſtatutum non valeat, in utroq; foro, tamquàm peccati nutritivum, firmant. Pag. 163.* — Requiſita, ſi non omnia: certè primaria.

Ergò item in conſuetudine: Qui verò, ex adverſo, bona fides, in Vaſallo, qui inveſtituras, aſſenſu Domini, reformandas, annixus: at verò, nihil obtinere potuit: Sed inſtrumenta Inveſtitionum, antiquâ, conjunctæ manûs, indole, recepit, ad conſuetudinem probandam

bandam evincatur, & non potiùs dolus, sivè astutia, & malitia, arguatur, videndum.

Refutatio: & responsio ad exempla contraria.

Exempla, in contrarium adducta, usq; dùm requisitis debitis probentur, negantur: Fortè itèm, si inspiciantur, decessit agnatus quidam obæratus, cujus feudalia, ære alieno gravata, affectare, eorundemvè nomine, litigium sumptuosum concitare, è re convestitorum, minùs ratum, & gratum habitum: Vel reliquit Defunctus feuda singularia, ceù Johannes Fridericus, & Mauritij filij, Johannes Mauritius, & Mauritius, de Gomerensibus bonis, & feudis, soli, investiti parent: idemq; de nonnullis, Martini Johannis, Feudis singularibus, dicendum: quo casu, cæteri agnati, simultaneâ investiturâ destituti, frustrà ad successionem adspirant: Vel actum fuit, de successione Patrui, & patruelium, qui, horumq; pater, communia, inter se, possiderunt feuda: Tùm suprà, Pag. 19. & 20. fratris prædefuncti filios, ad successionem patrui, non obstante clausulâ: Nach Rechter Sipzahl/ vigore juris repræsentationis, in stirpem admittendos, evictum: Vel succe sio, uni, alterivè, ob meritum, senium, aliamvè caussam, ex gratiâ, per conniventiam, & dispensationem, concessa, atq; relicta, qui casus itidem, nullam parit sequelam, cùm per gratiam indulta, frustrà, in consequentiam, trahantur: Vel tempus, ad præscriptionem sufficiens, à momento successionis, usq; huc, intercessit, ut jam possessor feudi, interpellationem, exceptione præscriptionis, facili negotio, eludat, atq; elidat: Vel fuit actio, de successione, coram Domino, feudi, instituta, eaq; ad preces remissa: sivè de negotio transactum: Vel hærent præjudicia, in terminis alijs illiquidis,

liquidis, & singularibus, ut illatio indè cesset nec distantia graduū, quæ in casu controverso concurrit, detur: Deniq; rejiciuntur talia, & alia objecta quævis, dùm altiorem indaginem requirunt, ad RECONVENTIONEM: Scitum autem, cumprimis de jure Saxonico, Reconventionem, in nullâ attentione, sivè consideratione, duci:

Reconventio de jure Saxonico cessat.

Landrecht *Libr. 1. Art. 61. post. princip. Versic.* Klagen zween Manne zugleich / es stehet bey dem Richter / welchen er von erst hören will: Es sey dann daß jhr einer / die erste klag / bezeugen möge. *Libr. 2. Art. 12. Versi.* Welcher Mann auff einen andern klagt / vnnd jener wider auff jhn: Der von erst klaget / der darff dem andern nicht antworten / er sey dann erst ledig von jhm. Churfürstl. Sächß. Landesordnung. *Part. 1. Constit. 7. In verbis* : Ordnen / setzen / vnnd wollen wir / Wann die sache / derowegen die klag erhoben / der andern / darumb der beklagter / seine widerklag anzustellen vermeinet / anhängig / vnd eine / aus der andern / herfleust / daß in solchen fällen / die widerklag in vnsern Landen / nicht statt haben / vnnd solches auch / dahin / verstanden werden solle: Ob gleich beklagter / ein sonderlich *libell* vbergeben vnd seine widerklag / vnterschiedlich / neben der klag / auß vben wolte: Sondern es soll der kläger / vermüge der Sächssischen Rechte / dißfalls / vff die widerklag zu antworten / nicht schüldig sein: Es habe sich dann zuvor / der beklagter / von jhm gebrochen / vnd sey die klag der *convention* gäntzlich geändet vnd erörtert: Alß dann soll der beklagter / mit seiner widerklag / gehöret werden. *In quâ constitutione notanda*, (1) *dictio*: Gäntzlich *quæ perfectionem, & determinationem importat: Quippè perfectum dicitur, quod omnibus suis partibus constat: Gajus l. 1. In princip. ff. de Origine Juris. Et perfectionis ordine completum: Cap. Nihil contra 6. In medio Causs. 7. Quæst. 1.* Andr. Tiraquelli *Tract. De Retract. convent. §. 2. Gloss. 1. Num. 8. circa finem. Fol. 413.* (2) *Vocula*: Als dann: *Tunc*, *qua*

Constitutio Electoralis.

Rationibus illustrata.

quæ extremitatem temporis denotat: Paul. *l. Si ita stipulatus. 126. In princip. ff. De Verb. Oblig. & conditionem arguit*: *Jul. l. In substitutione. 31. §. Final. ff. De Vulg. & Pupill.* (3) *Geminatio verborum*, Geändet / und erörtert/ *deliberatam constituentis mentem, inferens : Innoc. 3. Cap. Etsi Christus. 26. Versic. Quarè, cùm in Evangelio. De Jure Jur.* P. Paul. Parisius *Consil. Final. Num. 1. Fol. 199. Vol. 1.*

Hodiè constat.

Sed actor, qui ex instrumento producto, & confessato (: productum, agnitum, & confessatum hîc habemus instrumentum Investituræ *Suprà pag. 61.* :) fundatam prætendit actionem, paratam urget executionem, ex vulgari dicterio: Hodiè constat, hodiè agitur:

Ulp. *l. Si is, à quo. 3. In princip. ff. Ut in possessionem legatorum.* Idem *l. In hac actione. 3. §. Ibidem. 13. Versic. Si exceptio obscurior sit, vel quæ habeat altiorem indaginem, differendam eam. ff Ad Exhibend.* Matthi. Colerus. *De Process. Executiv. Part. 4. Cap. 1. Incip. Viso. Num.* 147. *Fol.* 784. Andr. Gail *Libr. 1. Observ. Cameræ* 146. *Incip. Quamvis attentata. Num. 6. Pag.* 253.

Assumptio.

Si jam ad hypothesin accedamus, & præmissa requisita, acuratâ ἐπόψει, examinemus, de nullo, sufficientèr constare, prehenditur: Videlicèt, Consuetudo allegata, probatione deficit: deficit tempus legitimum: deficit actuum frequentia, & quidem judicialium, rejectâ compromissariâ indole, amicabili itèm privatâ compositione, per sententententiam definitivam obtentorum Deficit rei judicatæ, quòad personas, quarum, ut potè convestitarum, interesse vertitur, & caussam, idemditas: Contrà, evincitur interruptio, & deniq; fides, minùs bona manifestissimè resplendescit atq; lucescit. Quandoquidèm ergò pactum, per se, sit imperfectum, & nullum: ulteriùs consuetudo asserta cesset,

licèt

licet Anno 1559. tractatus constiterint: Tamen cùm successu temporis, Agnati, Investituras, sine clausulâ: Nach Rechter Sipzahl/ receperint, contrario facto, adeoq; tacito, & communi omnium, qui intervenerunt, consensu, à pactitone quam nonnulli celebrare intenderunt, recessum, quodq; hujus consequens est, successio in statu primævo, & origine suâ Juris scilicet conjunctæ manus, remansit.

Pro coronide, & majori fide, duas sententias, seù præjudicia, Facultatum Iuridicatum, apud VVitebergenses, & Lipsienses Num. 10. & 11. quibus, successionem, secundum exhibitam Investituræ indolem, viritim, in capita, determinandam, redditur comprobatum, subjicienda, non abs re visum fuit.

NUM. X.

UNser freundlich dienst zuvorn / Erbar guter Freund: Als jr vns ewern bericht/vnd angehefte Rechtsfrage/zugeschickt/vñ euch des Rechtens/darüber/zuberichten/gebeten habt: Dennach erachten/sprechen vnd bekennen wir Dechand/Senior, vnd andere Doctores der Juristen Facultät in der Vniversitát Wittenberg/ im Rechten ergründet: Jst einer/so von vnterschiedlichẽ Herrschafften/mit etlichen Männlichẽ Lehngütern/beliehen gewesen / verstorben/seines Brudern Sohns Sohn an einem/ vnd dann seine Mitbelehnte Vettern / so jhme in weiterm grad verwand/hinter sich verlassen: Do nun derer örter/darunnter solche Lehen gelegen/das Sächssische Recht gehalten/vnd in den Lehenbrieffen / die Clausul: Nach Rechter Sipzahl/nicht zubefindẽ: So werden die Mitbelehnte Vettern/Krafft der gesambten hand/neben des Brudern Sohns

Dem Ehrbarn/Wolgelahrten/Henrico Leoni, zu Calba/ etc. Vnserm guten Freunde: etc.

Et hactenùs de incidenti Theutschmannorum casu, sivè controversiâ: Redeamus ad principalem quæstionem.

QUINTA DECIDENDI ratio.

In confirmatione Thematis, ut progrediamur, constat ex Investiturâ, *de Anno 1541. Num. 3.* Conradum V, seniorem, solùm nominatum: Reliquos verò de familiâ, proprijs nominibus non fuisse expressos: Verba sunt: Daß wir Churdten/alß dem Eltisten/vnd zu mitbehueff allen von V. Vettern/vnd gebrüdern/vnd jren Leibes Lehens Erben/ einem jeden zu seinen Rechten/vnd nach voriger belehnung/ gesampter Hand/vnd Sippe/zufallen/gelichen haben: &c. Ubi possessores castrorum, & feudorum, in præsenti controversorum, & aliorum, nominibus expressis, positi non sunt: Investituræ nihilominùs, genuinus sensus hic est, possessores, & proximiores præferendos: Et isthæc investitura, ad confessionem partis adversæ, *Pag. 30 lin. 6.* consimilem in modum, ijsdem planè verbis, duodeciès iterata, seù renova est; Ut ità successorius ordo, per geminum, præscriptionis, tempus, constitutus, & gemino, confirmatæ præscriptionis tempore, Jus investituræ modificatæ, radicatum, proximiori agnato, & simultaneè investito, Joachimo, sit obfirmatum. Verùm, præscriptio Juris, quodcunq; jàm illud sit, præscribentem, plenissimâ liberatione:

Quinta decidendi ratio.

In investiturâ, agnati non nominati: Eo ipso, proximiores vocati.

Præscriptionis Vis, ut tutum reddat.

Honor. & Theod. *l. Sicùt. 3. In fine.* Anast. *l. Omnes. 4. In fine. C. De præscript. trig. annor.* Joh. Francisc. Balbus *Tr. De*

Præscript. Part. princip. 1. Quæst. 6. Num. 2. Pag. 15. Matth. Wesenbecius *Consil. 2. Incip. Præfecturam. Num. 83. In fine Fol. 120.*

tutum, & securum reddit:

Gord. *l. 1. C. Si adversus creditorem præscriptio opponatur.*

Equiparatur ... cto. æquiparatur, si non prævalet, privilegio, & pacto:

Gloss. *l. Longæ possessionis. 3. Verb. In mancipijs Versic. Quòd aliquid possit tempore fieri, quod non pacto. ff. De divers. tempor. præscription.* Ludolph. Schraderus *De Feudis. Part. 6. Cap. 6. Incip. Sciendum. Num. 51. Fol. 140.*

...lutioni. itèm solutioni: Ut non minùs securus, & obligatione exemptus sit, qui præscripsit, quàm qui solvit:

Paul. *l. Si pupillus. 45. In fine. Versic. Qui tempore liberatus est, similis est ei, qui satisfecit. ff. De administr. tutor.* Iohan. Franc. Balbus *Dictâ Quæst. 6. Num. 4. Pag. 26.* Hieronym. De Cævallos *In specul. aureo commun. opin. contra communes. Quæst. 307. Num. 2. Fol. 111.* Matth. Wesenbecius *Consil. 4. Incip. In hac difficili. Num. 105. Vers. Quià præscriptio. Fol. 227.*

Accensetur porrò, præscriptio, transactis,

Matth. Wesenb. *Consil. 5. Incip. In Præsenti. Num. 5. Fol. 255.*

...ei judicatæ. nec non judicatis:

Honor. & Theod. *l. Sicùt. 3. Vers. Nulli, movendi ulteriùs, facultatem, patere, censemus.* Anastas. *l. Omnes. 4. Vers. Nullum jus, vel privatum, vel publicum, moveatur. C. De præscript. trig. annor. In quibus legibus, quicquam contra præscriptionem, moveri, prohibetur, Ergò Judicio ulteriori, locus non patet, & præscriptio, pro judicato habebitur.*

&

& tribuit, tàm utile directum, Dominium: Tribuit Dominum.

Justin. *l. Unica. In fine. Ibiq. Dd. C. De Usucap. transform.* Iohan. Corasius *l. Servitutes. 4. Num. 13. ff. De Servitut. Et Libr. 6. Miscellaneorum, Cap. 6.* Francisc. Contius *Libr. 1. Disputationum. Cap. 12.* Matth. VVesenb. *Consil. 5. Incip. In praesenti. Num. 41. In medio. Fol. 255.*

quod Princeps, nec per se: nec ex plenitudine potestatis, aufferre potest: Irrevocabile.

Felin. *Cap: Quae in Ecclesiarum. 7. Num. 49. De Constit.* Arius Pinelus *Auth. Tricennale. Num. 37. & 38. Pag. 613. C. De Bonis matern. In verbis: Hac pars, ratione superior, numero etiam authorum non inferior censetur, quae mihi verißima visa: quia ratio, & potestas legis, usucapionem inducentis, manifestè suadet, praescribentem, omninò fieri Dominum, nec aliud Dominium manere penes eum, contrà quem praescribitur: Alitèr enim subsisteret incertitudo, & caussa litium.* Hieron. de Cævallos *In specul. aureo commun. opinionum, contra commun. Quaest. 252. In fine Fol. 213.* Aymo Cravetta. *Tract. de Antiquit. tempor. In princip. Incip. Circà primam. Num. 50. Versic. Puto, quòd idèm sit in Jure quaesito, mediante ministerio Juris Civilis: & in Jure quaesito, de Jure gentium, quòd neutrum Jus, à Principe, tolli poßit. Pag. 17. Consil. 135. Incip. Verba Decreti. Num. 8. Fol. 115.* Didac. Covarruv. à Leyva, *Cap. Possessor. 2. Part. 3. §. 1. Incip. Satis. Num. 5. Versic. Verùm. Fol. 492. De Regul. Juris in 6.* Iacob. Menoch. *Remed. 8. Recuper. Possess. Num. 64. Fol. 289.* Matth. VVesenb. *Consil. 5. Incip. In praesenti. Num. 40. Fol. 255.*

Rationes:

 (1) *Odium*

Rationes in ducendæ præscriptionis, quatuor.

(1.) *Odium negligentium:* Iustin. *l. Ut perfectiùs. 2. Versic. Ut sit aliqua, inter desides, & vigilantes, differentia. C. De annali except. Italici contractûs.* Alex. 3. *Cap. Vigilanti. 5. Versic. Propter vitandam miserorum segnicient. De Præscript.* (2.) *Bonum publicum, seù publica utilitas, nè dominia rerum, perpetuo sint in incerto: Fundus à patre relinqui potest: At usucapio fundi, hoc est, finis solicitudinis, & litium à legibus relinquitur, scribit Cicero* pro Cæcinnà. In princip. Instit. de Usucap. Gaius *l. 1. De Usurpat. Ubi legitur; bono publico Usucapionem introductam: nè scilicet, dominia quarundam rerum, diù, & ferè semper, essent incerta: Cùm sufficiat Dominis, habere certum tempus, intra quod, res suas, perquirere liceat:* Dict. *Cap. Vigilanti. Versic. Propter longi temporis errorem, & confusionem.* (3.) *Præsumptus Domini consensus, qui, ex tot annorum irrevocatâ patientiâ, colligitur:* Dd. *l. Qui in alienâ 6. In princip. ff. De acquir. hered. l. Si Filiusfamilias. 10. C. De petit. hered.* (4.) Ut *lites opprimantur, & præcaveantur:* Neratius. *l. Fin. Vers. Ut aliquis litium finis sit. ff. Pro suo.* Paul. *l. In summâ. 2. In princip. ff. De aq. pluv. arcend. Ubi respondetur: Vetustatem (: Unde præscriptio insurgit:) pro lege haberi, minuendarum scilicèt litium causâ.*

Exceptio præscriptionis impedit litis ingressum.

Illudè exceptio præscriptionis, in continenti, probabilis, litis ingressum impedit:

Nerat. *l. Fin. C. De præscript. trig. annor.* Bart. & *Dd. l. Fratris. 10. Versic. Nullus erit litium finis. C. De Transact.* Matth. Wesenbec. *De Feudis. Cap. 11. Num. 14. Pag.* 130. Joh. Francisc. Balb. *Tract. De præscript. Part. 1. Quæst. 9. Num 1. Pag. 30.* Dan. Mollerus *ad Constit Elector. Sax.* 19. *Num. 6. Versic. Ubi de præsciptione, ex actis, vel aliundè, constat, ipso Jure, liberatum. Fol.* 502. *Part. 4.* Johan. Zangerus *Tract. De Except. Part. 3. Cap. 8. Incip. Ex numero Num. 1. Pag.* 443. Tiber. Decian. *Resp. 2. Incip. Serenissimus. Num.* 49. *Fol. 26. Vol. 1.*

licèt

licèt parte non implorante, officio judicis opponenda: Officio judicis per se, opponenda.

Churfürstl. Sächß. Landesordn. *Part. 1. Constit. 25. Versic.* Da sie *manifestè* erwiesen/oder der Richter / dessen / aus den *actis*, gewiß sein könte/daß sie erkant/ vnd *ex officio supplirt* werde. *Ubi* Dan. Möller. *Num. 1. In princip. Et Num. 2. Fol. 72. Constit. 19. Num. 6. Versic. Etiamsi. Fol. 501. Part. 4.* Joach. Mynsing. *Centur. 3. Observ. Cam. 28. Incip. Multùm. In fine. Versic. Quicquid sit, in Camerâ decisum memini, præscriptionem, etiam non opponente parte, in ferendâ sententiâ, attendendam esse, si manifestè appareat approbata. Pag. 195.* Nicol. Boerius *Decis. Burdegal. 344. Incip. Et videtur. Num. 1. Versic. Et hoc quandò. Fol. 861.*

Cùm ergò, respectu investiturarum, ab anno 1541. in hunc usq; diem, uniformium, geminum; præscriptionis introducendæ, excesserit intervallum, in Jure illo, constituti ordinis successorij, quæsito, proximior agnatus, Joachimus, unicè ut acquiescat; fas est, & nemo non, sanâ mente præditus, fructuosum intelligit:

SEXTA DECIDENDI Ratio.

Fortunæ respectus.

FOrtunæ, olim, ab Ethnicis, multùm tributum, atq; asscriptum, legimus: Unde τύχη ἐυςίχ☉ dicitur: Et Gregorius *in Epistolâ ad Sophronium*, conditionem rerum humanarum, ut rotam, his nùnc, pòst illis, florentibus, & marcescentibus, circumagi, scribit:

Erasm. Roterod. *Chil. 1. Centur. 9. Adag. 62. Fol. 147. Chil. 3. Cent. 6. Adag. 69. Fol. 602.*

Undè

Unde *Poëta* exclamat: Sed Nos

Te, Fortuna, Deam facimus, cœloq; locamus.

Fortunâ, In hoc mundo, refert ex Senecâ Iohan. Schneidevvinus, non habet superiorem, sed ejus Dux est DEUS:

Schneidevv. §. *Optionis.* 23. *Num.* 4. *Fol.* 361. *Instit. De Legat. ex sententiâ* Baldi *l. Fin. In princip. C. Commun. de Legat.*

A quâ non appelletur.

& à fortunæ judicio, appellari non potest:

Hippol. de Marsilijs *l.* 1. *Num.* 140. *Fol.* 9. *C. De rapt. Virg.* P. Greg. Tholoz. *De Appellat. Libr.* 2. *Cap.* 19. *Num.* 1. & 20. *Pag.* 138. Matth. Collerus *Decis.* 54. *Num.* 8. *Pag.* 161. Dan. Mollerus *ad Constit. Elect.* 15. *Num.* 9. *Fol.* 366. *Part.* 3. Andr. Tiraquell. *De Jure primigenior. Quæst.* 17. *Opin.* 1. *Num.* 95. *Fol.* 315. Facult. Iurid. Marpurg. *Consil.* 32. *Num.* 23. & 34. *Fol.* 493. *Vol.* 1.

Cæterùm, apud Christianos, Fortunæ, nomen DEI impiè adscribitur:

P. Greg. Tholoz. *Libr.* 47. *Syntagm. Juris Univ. Cap. Incip. Tituli. Num.* 5. *Fol.* 956.

Fortunæ anima | apud Christianos nullum

Sortes nostræ in manibus DEI: Scimus, capillos capitis nostri numeratos: nec quicquam, nisi summo DEI judicio, in lætis, atq; adversis, nobis obvenire. Interim, haud incognitum, in diffinitione casuum, & articulorum, Iuris & facti, controversorum, ratione incertitudinis, per fortunam, multa sustineri, quæ per se, aliàs minùs concederentur:

Incertitudo.

Paul. *l. Si heres.* 3. *Versic. Nàm &, è contrario. ff. Ad. leg. Falcid.* Idem *l. Venditor.* 21. *In medio. ff. De hered. vel. action vendit.* Javol. *l. Ità, ut omnes.* 36. §. *simili modo.* 1. *Versic. Quid enim fiet. ff. Mandati.* Sever. & Anton. *l.* 1. *In fine. C. De Pactis.* Valer. & Gallien. *l. De fideicommisso.* 11. *C. De Transaction.*

Cap *Un. Versic. Mediolanenses. De feudo dato in vic. leg. Commiss.* Cap. *Un. §. Moribus. Versic. Consensum. Si de feudo Defuncti.* Cap. *Un. Vers. Valebit. Investitura De Clerico, qui investit, facit.* Cap. *Un. Vers. Consentiente. Qui success. feud. dare teneantur.* Lehen recht *Cap. 10. In verbis:* Etliche Leute sagen / daß man kein Geding an Jemands guth vorleyhen möge / ohn des willen / der das guth in gewehrt / vnnd besitz hat: Das aber vnrecht. Andr. Gail. *Libr. 2. Observat. Cam. 155. Incip. Etsi parùm. Num. 1. In medio. Vers. Idq; procedit. Pag. 614.* Andr. Fachineus *Libr. 7. Controv. Juris Cap. 28. §. Fundamentum est firmum. Pag. 83. & seq.* Dan. Mollerus *ad Constit. Elect. Saxon. 15. Num. 1. Fol. 199. Part. 2.* Johan. Borcholtus *de Feudis Cap. 7. Membr. 1. Num. 21. Versic. Aliàs autem. Pag. 113.* Udalr. Zasius *Eod. Tract. Part. 6. Num 21. Pag. 41. Magnificè* Rolandus à Valle *Consil. 2. Incip. In caussa. Num. 44. Versic. Iste contractus celebratur super re concedentis, qui non est obligatus primo feudatario, ad non infeu-*

feudandum alteri in casu caducitatis feudi. Fôl. 16, *Vol.* 1.

Tùm (3) Quòd in priori, possessio feudi aperti, propriâ auctoritate, à Vasallo, Jure, occupetur:

3. Possessio feudi post mortem illius, qui tenuit, sine traditione, in Vasallum transfertur.

Lehenrecht *Cap.* 20. *Versic.* Darff niemand darumb bitten. *Item Versic.* Wann ein Herr seinem Mann ein Guth leihet / zu hand hat der Mann die gewehr an dem Guth. *Cap.* 57. *In medio. Versic.* Unterwindet der / dem das geding / oder anwartung am Guth geliehen / Ehe dann der Heer / sich des Gutts / er vorleuret damit nichts. Hartm. Pistoris *Quæst. Juris* 25. *Incip. Præter. Num.* 26. *Fol.* 101. *Libr.* 2. Ernestus Gothman. *Consil.* 28. *Num.* 149. *Fol.* 215.

in posterori, Jus Civile si consideramus, haud itèm:

Cap. *Un. In princip. Versic. Cogitur Dominus mittere. Si de Invest. feud. controv. fuerit.* Lehenrecht *Cap.* 57. *In glossâ Lit. A Versic. Quòd secus. Et Versic. Vasallus de novo feudo investitus, in possessionem per Dominum, induci debet, quâ immissione, tandèm: feudum acquiritur: Et Lit.* D. *Fol.* 131.

Tùm (4) quòd in priori, heredes, utrinq; ad observantiam, adstringantur:

4. In simuli investit. heredes utrinq; obstringuntur.

Hart. Pistoris *Quæst. Juris* 20 *Incip. Cùm in feudis. Num.* 10 *Versic. Verumtamen Pag.* 66. *Quæst.* 25 *Num.* 25. *Versic. Verùm ego hactenùs. Pag.* 204. *Quæst.* 26. *Incip. Juris. Num.* 17. *Pag.* 216. *Ubi ad praxin provocat. Libr.* 2. Dan. Mollerus *ad Constit. Elect. Sax.* 45. *Num.* 4. *Fol.* 299. *Part.* 2.

in posteriori, non itèm:

Lehenrecht *Cap.* 5. *Versic.* Sonsten ist am geding. *Cap.* 11, *Versic.* Mit dem mag er nicht folgen an einen andern Herrn: (: *Hoc, constitutione provinciali, in Electoratu Brandenburgico, confirmatum:*) Er kan es auch nicht Erben an seinen Sohn. *Cap.* 57 *Versic.* zuvor war es. *Cap.* 59. *Versic.* Alle Lehen / ohn gewehr / halen keine folge.

Tùm

r. Simult. Investitura renovatio petenda.

Tùm (5) Quòd in priori, casibus consuetis, renovatio Investituræ, sub pœnâ amissionis omnin omodi Juris, sit petenda:

Churfürstl. Sächss. Landsordn. *Part. 2. Constit. 45. Versic.* Der gesambten Hand sol ein jeder. *Ubi* Dan. Mollerus *Num. 2. Versic. Simultanea verò. Fol.* 299. Iohan. Copus *Decis. 31. Incip. Hæc quæstio. Num. 4. Versic. Jure verò. Fol.* 77. *Decis.* 47. *Incip. In facto. Num. 5. Fol.* 147. Johan. Schneidevv. *Tract. De Feudis. Part. 5. Incip. Ad quid Vasallus Domino teneatur. Num. 22. Pag.* 199. *Part. 6. Tit. De success. collater. Num. 31. Versic. Quòd diligentèr nota. Pag.* 550. Hartm. Pistoris *Quæst. Juris* 20. *Incip. Cùm in feudis. Num.* 32. *Pag.* 80. Modest. Pistoris *Consil ibidem adscripto Num.* 12. *Versic. Quamobrem. Pag.* 115. *Num.* 20. *Versic. Docet quotidianus usus. Pag.* 119. *Et Num.* 32. *Versic. Meritò ergò. Pag.* 127. *Libr.* 2. Modestinus Pistoris *Consil* 40. *Num.* 20 & 40. *Fol.* 645. *Vol.* 2. Hieron. Schurpf. *Consil.* 16 *Incip. Super propositâ In medio. Versic. Quòd quia non est factum. Fol.* 61. *Consil.* 66. *Incip. Quamquàm pro victoriâ. Num.* 11. *Fol.* 164. *Cent.* 1.

in posteriori, secùs:

Lehenrecht *Cap.* 57. § Erinnert in rechter Jahrzeit/nach dem es ledig ward. *Ubi Gl. Lit. B. Constit. Elect. Sax.* 45. §. Daß dem gedinge nicht ehe solle folgeschehen/dann wenn sich der fall zugetragen. *Part.* 2. *Ubi* Dan. Mollerus *Num.* 2. Franciscus Curt. Junior *De Feudis, Part.* 4. *Num.* 23. *Pag.* 359. Elbertus Leoninus *Consil.* 99. *Incip. In causâ vertente. Num.* 19. *Ubi notat, agnatum, antequàm ei feudum aperiatur, neq; ad homagium, neq; ad fidei præstationē, teneri. Fol.* 460. *Cent.* 1. Roland. à Valle *Consil.* 18. *Incip. In præsenti. Num.* 17. *Versic. Non tenetur, quandò tertius possidet. Fol.* 101. *Vol.* 1. P. Paul. Parisi. *Consil.* 23. *Incip. Prima. Num.* 227. *Fol.* 53. *Vol.* 4. Modest. Pistoris. *Consil.* 38. *Num.* 22. *Fol.* 611. *Consil.* 40. *Num.* 14. *Fol.* 638. *Vol.* 2. Henning Godenius *Consil in ordine* 13. *Num.* 20. *Fol.* 81.

Cop-

Consil. 16 *Incip. Contingentia facti. Num.* 6. *Fol.* 99. Hieron. Schurpf. *Consil.* 74. *Incip. Casus, qui proponitur. Num.* 6. *Fol.* 38. *Centur.* 2. Matth. Wesenbecius *Consil.* 15. *Incip. Pirgius. Num.* 35. *Fol.* 545. *Vol.* 1.

Tùm (6) quòd in priori, alienatio feudi, simultaneè investitis irrequisitis, inscijs, & dissentientibus, nullatenùs teneat: 6. Alienatio feudi, in præjudicium convestitorum invalida.

Churfürstl. Sächss. Außschreiben/ *18. Maij, Anno.* 1583. §. So mag den Mitbelehnten sein erlangtes recht ohn sein bewilligung. Dn. Johan. Dauth. *l. Fin. Num.* 81. *Pag.* 308. *C. De Pactis.* Hartm. Pistoris *Quæst. Juris* 20. *Incip. Cùm in feudu. Num.* 11. 12. 16. *Pag.* 68. *& seq Libr.* 2. Modest. Pistoris *Consil.* 40. *Num.* 55. *Fol.* 649 *Vol.* 2.

in posteriori, probè: & tùm investitura, de feudo viventis facta, possessore, feudum, cum consensù, alienantè, rumpitur, atq; evanescit: nec ullum revocandi Jus superest:

Lehenrecht *Cap.* 5. *Versic.* Lässet/ der das Guth in geweh ren hat/ es seinem Herren auff/ das geding daran / ist gebrochen. *Et ibi Gloß. Lit. E. Fol.* 21. *Cap.* 20. *Versic.* Welcher sein Gut sonst auffgelassen hat. *Et ibi Gloß. Lit. D. Versic.* Ob jhm dann sonst ein geding. *Cap* 57. *Circa finem Versic* Hette er es aber auffgelassen Modest. Pistoris *in Consil. Num.* 45 *quod excusum post Quæst.* Hartm. Pistor. 10. *Pag.* 135. *Libr.* 2.

Tùm (7) quòd in priori, investiti, æqualitèr, remotiores cùm proximioribus, absq; gradnum respectu, succedant: In posteriori, secundum legum scita, proximiores antefeiantur: de quò pag. 14. & 15. fusius dictum: 7. Concursus in successione.

Alias notiones referunt:

Dan. Moller. *ad Constit. Elect. Saxon.* 45. *Num.* 1. *Fol.* 199. *Part.* 1. Joh. Copus *Decision. Juris* 47. *Rubr. De differentiâ,*

inter investituram, &c. *Fol.*147. Levinus ab Embden *Consil.* 18. *Num.* 19. *inter consilia Germanor. Tom.* 4. Ingolstadienses *Consil.* 21. *Num.* 46. *inter Consilia Germanorum. Tom.* 5. Ernestus Cothmannus *Consil.* 26. *Num.* 16. & *passim. Fol.* 215.

Resp. ad secundam.

AD SECUNDAM responsio.

SEcunda dubitandi ratio versatur in brocardico Juris, nimium determinationem ad plura determinabilia directam, æqualitèr eadem terminare.

Brocardicorum levitas.

Verùm argumenta brocardica parùm sunt probabilia, quæq; pro diffinitione controversorum articulorum inducantur, indigna:

Vldalricus Zasius *Consil.* 13 *Incip. Exorto. Num* 36. *Fol.* 144. *Libr.* 2.

& pauperis censetur Doctoris, Brocardicis inhærere: non verò per profundum transire, & problema quodcunq;, altiùs excutere:

Borgnius Cavale *Decis. Fivizanensi.* 15. *Incip. Riccius. Num.* 4. *Versic. Undè dixit. Fol.* 74. Matth. VVesenb. *Consil.* 24. *Incip. Arnstadij. Num.* 13. *Fol.* 710.

Determinationis thema sit plenum.

Deindè determinatio ut effectum teneat; ex Instrumento Investituræ, non frustatim, sed plenè assumenda: Plenè petita se hadet hoc modo: Daß N. N. vnd N. benante güter gelichen/einem Jeden zu seinem Rechten/vnd nach voriger beleyhung gesambter Hand/vnd Sippe/zu fallen: Quæ determinatio, singularis, sivè restrictiva est, in determinabilibus, effectum, singularitèr, seù restrictivè, diffundens. Nec obstaculo cedit, Daß die gesambte

sambte Hand / vorn: in der mitte / neben dem Wörtlein / Sippe: vnd zu ende / clausuliret: Videlicèt, unica & simplex, successorio interim ordine & clausulis insertis, observantiâ maximè concomitante, salvis, habetur & agnoscitur conjuncta manus: Cùmq; voculæ: Einem jeden zu seinem Rechten / nach der Sippe zu fallen / in medio locatæ reperiantur, utrinq;, vim atq; operationem explicabunt: Quandoquidem protriti Juris, quòd Clausula, in medio posita, tàm ad præcedentia, quàm sequentia, referatur:

Conjuncta manus simplex.

Clausulæ in medio positæ, effectus.

Cælestinus 3. *Cap. Secundò requiris. 41. In fine princip. Versic. Utriusq; Juris argumenta nos docent, quòd in medio posita ad finem, atq; principium, sæpè referri contingat.* Ibiq; Abbas Phil. Decius, & Canonistæ *De Appellat.*

REFUTATIO TERTIÆ DUBITANDI RATIONIS.

Resp. ad tertiam.

HUic objectioni ut satisfiat, Major propositio, Jus repræsentationis, in filijs fratrum sibi locum vendicare, cum illationibus, *suprà, pag. 17. 18. 19.* adstructis, omninò conceditur:

Ceterùm negatur minor, Ioachimum, & Pupillos modernos, respectu defuncti, à quo denominatio, & computatio graduum proximitatis, & successionis, facienda, & dirigenda fratrum filios esse: Habentur hi, agnati, remotis gradibus constituti: ast investiturâ simultaneâ, quæ unicum, in terris Saxonicis, successionis feudalis medium, & vinculum agnoscitur, condecorati: Iuris verò explicatissimi compertum, Repræsentationis Ius, ultra fratres, & fratrum liberos, non extendi:

Ius repræs. ultra fratres, & fratrum liberos, cessat.

Anth. *Post fratres. In verbis: Post fratres, fratrumq; filios, vocantur, quicunq; gradus sunt proximiores: Fiet autem divisio in capita, & non in stirpes.* C. De Legit. hered. *quæ desumpta est ex* Auth. *De heredit. ab intestat. venientib. Cap. Si igitur defunctus.* 3. *Verb. Solis, & verb. Nulli alij. Item §. Fin. cujus verba: Si defunctus neq; fratres, neq; filios fratrum, reliquerit, omnes deinceps à latere cognatos, ad hereditatem vocamus, secundum uniuscujusq; gradûs prærogativam, ut viciniores gradu, remotioribus præponantur. Novell.* 118. Johan. Schneidevvin. *Instit. De hered. quæ ab intestato deferuntur. Rubr. De tertio ordine succendi, collateralium. Num.* 12. *Fol.* 413. Hugo Donellus *Libr.* 9. *Commentarior. Juris Civilis: Cap.* 4. *Fol.* 404. Hartman Pistoris *Quæst. Juris* 13. *Incip. Utrùm secundum. Num.* 15. *Pag.* 180. *Libr.* 2. Hieron. Schurpf. *Consil.* 92. *Incip. Prò evidentia. Num* 1. *Fol.* 365. *Centur.* 1. *Consil.* 62. *Incip. Casus talis est. Num.* 3. *Fol.* 315. *Gen.* 11.

Itèm in feudis.

quod itèm verum, si de feundis, uti hîc, controvertatur:

Schneidevv. *Dicto loco: Num.* 15. *Fol.* 404. *In verbis: Quandò plures fratres (: non scribit, ulteriores agnati :) de aliquo feudo, simultaneè sunt investiti, & unus frater præmoritur, relictis tribus, vel pluribus filijs & posteà decedit alter frater, sine filio masculo, relicto fratre, & præmortui fratris filijs: tùnc fratre superstes, non excludit prædefuncti fratris filios: Sed hi, Iure repræsentationis, in stirpem, succedunt: &c.* Matth. Colerus *Decis. Germ.* 51. *Num.* 16. *Pag.* 154. Matth. Wesenbecius *Tract. feudali. Cap.* 9. *Num.* 18. *Versic. Post hoc, ut quisq; gradu proximior.* Henric. à Rosenthal. *Eod. Tract. Cap.* 7. *Conclus.* 56. *Incip. Finit. Num.* 20. *Fol.* 554. *Conclus.* 57. *Incip. Porrò frater. Num.* 6 & 11. *Fol.* 559.

Exempl. juris repræsentationes.

Nemo igitur non, quàm longè petitum & infirmum sit hoc argumentum, probè percipit: æquè dijudicat.

REFU-

REFUTATIO QUARTÆ.

Resp. ad quartam.

POrrò, quæ de vi articulorum distributivorum: Einem jeden: Item: Sambt vnd sonderlich / pro quartâ dubitandi ratione, *suprà pag. 21. & 22.* prolata, ex adverso parùm opitulantur: Prioribus enim voculis: Einem jeden restrictivæ dictiones: Zu seinem Rechten: Voculis: Sambt/vnd sonderlichen/in eine gesamte Hand. Clausulæ: Nach der Sippe zufallen: Necnon, geminatâ oratione: Einem jeden zu seinem Rechten/ subditæ: Ut ità distributionem totius, in singularitatem cujusq; Juris, scriptis legibus, intuitu proximitatis, competentis, resolvant: Maximè, cùm observantia præscripta, & præscriptio, de succedendo secundum gradûs prærogativam, incorrupta, & invariata, hic accedat, & vestiturarum intellectum, seù praxin, ostendat.

QUINTAE DUBITANDI RATIONIS Rejectio.

Resp. ad quintam.

FUlcrum & solamen Pupillorum unicū, in collatione Investiturarum, de annis 535. & 1541. *Pag. 9. & 10.* exhibitarum, consistit: Hic torquendo, & retorquendo, fingendo, & refingendo, Tutores, cerebro toto desudant, & nihil intactum, seù intentatum relinquunt; Verùm, accidit, ceū vulgo dicitur: In malâ caussâ, infelix esse patrocinium: Dùm quisquām nocuum fugit, in contraria currit: Et sæpius usu venit:

Hic, labor, hic opus est.

Incidit in Scijllam, qui vult vitare Charybdin:

Erasm. Roterodam. *Chil. 1. Centur. 5. Adag. 4. Fol. 127. ubi adagium*

dagium, τὴν χάρυβδιν ἐκφυγὼν, τῇ σκύλλῃ περιέπεσον, pluribus explicat.

Investituras, quas Tutores, Joachimo nocivas somniant, eidem plurimùm proficuæ cedunt, & intentionem primariæ, seu præcipuæ successionis, fortissimè stabiliunt.

Investituræ indoles de Anno 1517.

Antiquissima.

Ad jus commune non conjunctam manum, relata.

Id ipsum ut commonstretur, advertendum: Investituram de Anno 1517. Levino, Jacobo, & Christophoro, Hilmari filijs, concessam, omnium antiquissimam esse, nec de ullâ aliâ, quæ hanc, respectu controversorum castrorum B. A. & cæterorū, antecedat, constare. Cæterùm illa ad indolem & formam Juris communis feudalis, in verbis: Zu rechtem Männlichen Lehen: Iterùm zu rechtem Männlichen Lehen: Itèm: Alß Männlicher Lehengüter recht vnd gewonheit ist/ zu gebrauchen / successorio ordine subintellecto, concessa: Et hisdem verbis, denato Levino, Anno 1522. repetita fuit.

Præcedens declarat sequentes.

Quocircà ad declarationem subsequentium, hæc unicè & ritè inducetur: Cùm præcedentia declarent sequentia:

> Ulp. *l. Qui filiabus. 27.* Idem *l. Si servus plurium. 50. § Fin. Versic. Itèm earum, quæ præcedunt, & sequuntur. ff. De Legat. 1.* Mœcianus. *l. Si quis. 95.* Ubi Bart. & Dd. *ff De Legat 3.* P. Paul. Parisius *in terminis Investituræ, Consil. 23. Incip. Prima. Num. 64. Fol. 48. Vol. 1.* Tiber Decian. *Consil. 58. Incip. Quæritur. Num. 60. Versic, Prima, uti radix, declarat secundam Fol. 85. Vol. 1.*

Indoles & intellectus Investituræ, Anno 1535.

Dehinc Anno 1535. Henricus, senior, in simultaneam investituram receptus, & ordo successorius, de præferendis proximioribus, fuit repetitus, atq; definitus, hisce verbis: Doch also / vnd mit dem bescheide / Wann

Wann. Jacob/vnd Christoff von V. gebrüdere/Todes halben/ abgehen/vnd keine Männliche Leibes LehensErben/ nach sich lassen werden/vnd daß derselbigen auch nit mehr sein wird: Daß alß dann/vnd nicht ehe/die beschriebene güter/ an Heinrichen von V. den Eltern/jhren Vettern: Oder so er auch nit mehr sein würde/ an seine Männliche Leibes LehensErben/ die er nach sich lassen würde/kommen/ vnd fallen sollen: Quæ clausula, & restrictio, nihil aliud importat, quàm successorium ordinem attendendum & secundum proximitatem, seu gradùs prærogativam, successionem deferendam.

It. investituræ de Anno. 1541.

Ulteriùs, circa annum 1541. reliqui Agnati omnes de familia V. simultaneam investituram ad fectarunt: Tùm, ubi Henricus, senior, Iacobi & Christophori agnatus proximior, citra controversiam, agnitus, successorius itèm ordo antè cognitus, totiq; familiæ perspectus fuit, brevi restato, prædicti anni, & duodecim subsequentibus Instrumentis, loco, prioris recensitæ clausulæ verba: Einem jeden zu seinem Rechten/ & quidèm iteratò, in principio & fine; simulq; Nach der Sippe zu fallen/inserta fuerunt: Ut ità de concessione Domini feudi, & acquisitione Investituræ Vasallorum, ad normam successorij ordinis, gradu propinquitatis servato, & servando, hærendum penitùs non sit:

Duodecim investituræ conformes.

Andr. Knicchen. *Tract. De vestiturar. pactionibus. Cap. 1. Num. 161. Pag. 41. In verbis:* Sambtlehen / *communi usu loquendi, vocatur feudum, toti agnationi concessum.* Ioh. Fichard. *Consil. 8. Num. 13. Vol. 2.*

Concedunt ergò illæ omnia, quæ Tutores, de simultaneà

Obliteratio Invest. Anno 1535.

Beleyhung refertur uff gesambte Hand Nec est ullibi gesambte Hand/citra Beleyhung.

Relatio quævis fit ad proxima.

tanea Investitura anni 1535. cùm hæc ad secundam classem, *suprà pag. 113.* restrictivà, directa, Ius commune, ratione ordinis successorij, referat, aliàs, per subsequentes declarativas investituras, sit obliterata, obloquuntur. Nec momentum habet, quasi verba: Nach voriger beleyhung/ Investituram de Anno 1535. respiciant, eamq; flore, & vigore pristino, Henrici senioris posteros quod attinet, conservent: Nempè verba: Nach voriger beleyhung gesambter Hand /: ut sensus perfectus, & constructio sit apta, conjungenda, non discumpenda: fortè sic: Nach voriger beleyhung/ gesambter Hand: quod absonum, cum Gesambte Hand/ citra Beleyhung non consistat. Et si vel maximè, interjecto commate, verba memorata exaudienda, admissis jàm, conjunctorio nomine, in principio, omnibꝰ agnatis familiæ de V. disponitur investiturà hac: Vom Schlosz H. vnd dessen pertinentzstücken: quòd Investituræ tenor comprobat, & Iura imperant: Videlicet, relatio fieri debet ad proxima:

Philip. Corneus *Consil.* 158. *Num.* 14. *Libr.* 2. Aymo Cravetta *Consil.* 84. *Incip. Magister Anselmus. Num.* 17. *Fol.* 75. *Vol.* 1 Barthol Socinus *Consil.* 136. *Incip. Pro fundamento. Num.* 16. *Fol* 10. *Vol.* 1.

& quælibet clausula, non ad remota, sed ad proxima, referri debet:

Ulp. *l. Etsi pepercerit.* 3. *§. Final. ff. De liber. & posthum.* Paul. *l. Plautius* 8 *ff. De aur. & arg. legat.* Dd. *l. Si idem cum eodem.* 11. *§ Final.* Ubi Paul. de Castro *Num.* 3. *ff. De Jurisdict.* Matth. VVelenbicius *Consil.* 12. *Incip. Quod animadverti. Num.* 61. *Fol.* 452. *Vol.* 1. Alex. Tart. Imol. *Consil.* 48. *Incip. Super extractione. Num.* 7. *circa finem. Fol.* 47. *Libr.* 1.

Remor

Remota autem est in Investiturâ, absolutis aliquot paragraphis, & sermone perfecto consistente, concessio castrorum controversorum B. & A: Proxima castri H. Ergò relatio verborum: Nach voriger beleyhung / si sejunctio dictionum, Gesambter Hand / permissa, hùc, non illùc adaptanda: Tenor, & relatio investituræ, quam modò diximus, sic se habet.

NUM. XXV.

Lehenbrieff / wohin die Vorneinte Clausula, Nach voriger beleyhung / zu referiren.

WIr Sigismund / von GOttes Gnaden / Ertz Bischoff zu Magdeburg / Primas in Germanien, &c. Bekennen öffentlich an diesem Briefe / vor vns / vnd vnsere Nachkommen / Ertzbischöffe zu Magdeburg:

Das wir vnserm lieben getrewen N. zu H. Alß dem Eltesten zu mitbehüeff allen von B. Vettern vnd gebrüdern / vnd jhren Leibes LehensErben / Einem jeden zu seinem Rechten / vnd nach voriger beleihung gesambter Hand / vnd Sippe zu fallen / sämbtlichē vnd sonderlichen / in eine gesambte Hand / nach Tode N. alß des Eltesten Lehenträgers / gnädiglichen geliehen haben / vñ leihen jnen / Jn: vnd mit krafft vnd macht dieses Briefes / die Burg H. mit dem Dorffe dafür gelegen / vnd andern Dorffstätten: Auch mit Gerichten / Rechten / höhest vnd niederst / Freyheiten / Diensten / Zehenden / Renten / Zinsen / hufen / Ackern / Höffen / Hoffstädten / Höltzen / Masten / Trifften / Gräsungen / Wiesen / Wischen / Wachssungen / Wässern / Wassergängen / Fischereyen / Seehen / Teichen / Teichstädten / Wildbahnen / Jagten / thenen / vnd allem fürfall / sambt allen nützungen / zu: vnd eingehörungen / gesucht vñ vngesucht / Wie man dz benöhmen

NB. Die Burg H.

 mag /

mag/nichts außgeschlossen/ Vier huffen Landes zu Ebesen/ vnd vier Hofe daselbst: Einen hoff an der Stadtmauren/ In vnser Alten Stadt Magdeburg/ noch an einem andern dero von B: Hofe gelegen: die Dörffer Groppendorff vnd Schackenßleve / mit Gerichte/ Rechte/ vnd aller zugehörung: Ein vierthel des Zehenden an der Ohe: Fürter auch das

NB. Die folgen ERST die streitige Güter.

Schloß B: mit Gerichten vnnd Rechten / Freyheite/ Dörffern/ Dorffstädten/ Acker/ Holtze/ Wiesen/ Weiden / Trifften / allen vnnd jeglichen zugehörungen vnd Nutzungen / wie die genant möchten werden / nichts davon außgenommen: Die hinderste Burg zu A. mit den Dörffern. etc.

Collatio, & conciliatio trium investiturarum.

Evictum ergò, instrumentum de Anno 1517. ad Ius commune, extra simultaneam Investituram, relatum, antiquissimum, radicem & cynosuram reliquorum omnium: Cæterùm, de Anno 1535. respectu Henrici senioris, simultanei Iuris, in feudis, collativum; necnon successionis ad proximos, restrictivum: Tertium, cui subsequentes omnes respondent, successorijs ordinis firmiùs explicativum, haberi. Enimverò ponatur, in instrumento anni 1541. mutationem investituræ contigisse: licita illa, tolerabilis, atq; inculpabilis omninò censebitur, subsequentibus de caussis, & rationibus:

συγχώρησις.

Mutatio investituræ sustinetur.

1. Inter eundem Dominum feudi & Vasallos eosdem.

Prima: Quòd mutatio Investituræ fieri possit, uti hîc, inter eundem feudi Dominum, primùm investientem: Et Vasallos, primos acquirentes:

Ludolph. Schraderus *De Feudis, Part. 5. Cap. 2. Incip. Investitura. Num. 39. & 41. Fol. 87.* Henricus Rosenthal *Eod. Tract*

Cap

Cap. 6. Concluf. 69. Incip. His non ſunt. Num. 25. 26. Fol. 321. Ubi rationem ponit, quòd quilibet rerum ſuarum moderator ſit, & arbiter: nec contrahentes prohibeantur, contractum, in totum, vel in parte, reformare, mutare, eidem addere, aut detrahere.

Ratio rationis: Qui enim non concedere, vel non acquirere potuit, eidem utiq; legem conceſsionis, vel acquiſitionis ponere, integrùm fuit: Ratio.

Andr. Gail. *eleganter Libr. 2. De pace publ. Cap. 13. Incip. Vaſallo. Num. 13. Pag. 144. notans: Dominum feudi, ab initio, rei ſua conditionem apponere potuiſſe, qua ſucceſſores obliget: Cùm traditioni, ſive conceſſione rei ſua, cuilibet, legem certam dare, conceſſum:* Alex. *l. Legem. 10. C. De pactis.* Iul. *l. Et qui duas. 34. ff. De ſervitut. pradior. urbanor. Et Majorum exemplum ſucceſſoribus prejudicat:* Theôd. & Val. *l. Si cohortalis. 12. In fine princip. Verſic. Liberis, fortuna patria mancipandis, C. De Cohortal. Libr. 12.*

Secunda: Quòd mutatio, ſeù declaratio, in feudo novo, quale hoc, reſpectu Henrici Senioris, & reliquorum agnatorum, cenſetur, certè licita: quæ ratio, cùm priori, ex parte, coincidit: 2. In novo feudo.

Udalr. Zaſius *De Feudis Part. 6. Incip. Deveniamus Num. 23. In fine Pag. 24. Ubi ſcribit, novi feudi inveſtituram nihil perpetui habere, ſed juxta pacta, & conventiones variare* Schraderus *Dict. Num. 41. In fine.* Henric. à Roſenthal. *Dictâ Concluſ. 69. Num. 27. Fol. 320. ſcribens, ſi feudum novum ſit, hoc eſt, à Vaſallo acquiſitum, hunc, ex voluntate Domini, in præjudicium filiorum, diſponere, & inveſtituram, in qualitate, & parte, mutare poſſe:* Hartm. Piſtor. *Quaſt. 4. Incip. Qua de feudo. Num. 80. Pag. 263. Libr. 2. notans, Jus ſuccedendi, tertio, abſq; ipſius facto, quaſitum, ab acquirente viciſſim auferri poſſe.* Eleganter Aym. Cravett. *Conſil. 135. Incip. Verbum: Num. 8. Verſic. Prajudicare, quibus jus in ſpe, ad rem, quaſitum. Fol. 115.*

3. Vasallis recipientibus, non contradicentibus.

Tertia: Quòd mutatio investituræ, Vasallis, scientibus, instrumentum tenentibus, & per vitam tacentibus, omninò obsit:

Schraderus *dicto loco. Num* 41. *In fine.* Modest. Pistoris *Consil.* 40. *Num.* 38. *Fol.* 644. *Vol.* 2. *Ubi singularem expreßionem, minùs necessariam scribit: sufficere, si investitura, citra contradictionem, acceptetur.*

4. Investituræ mutatio, nocet filijs, heredibus.

QUARTA: Filijs maximè, illi, qui mutationem procuraverit, vel ab alijs procuratam agnoverit, heredibus existentibus:

Ludolp. Schraderus *Dicto Cap.* 2. *Num.* 43.

Heres enim, quòad observantiam contractûs, una cum defuncto persona censetur:

Dioclet. & Maxim. *l. Cùm à matre.* 14. *C. De rei vindicat.* Idem *l. Si uxor tua.* 7. *Versic. Cùm ultrà. C. De bon. auctorit. Jud. poss.* Iidem *l. Venditrici.* 3. *l. Si fundum.* 5. *C. De rebus alienis non alienand.*

Heredis obligatio.

ejusq; factum præstat:

Dioclet. & Max. *l. Penult. Versic. Ea, quæ à patre geruntur, non docet à filijs ad irritum revocari. C. De restit. militum.* Matthæ. de Afflictis *Decis. Neapolit.* 285. *Incip. Batij. & tutores. Num.* 11. *Fol.* 400. Anton. Gabriel Roman. *Libr.* 6. *Commun. Regular. Tit. De Regul. Juris. Conclus.* 11. *Num.* 1. *Fol.* 296.

5. Investituræ declaratio, licita.

QUINTA: Quòd declaratio Investituræ obscurioris antecedentis, per subsequentes, in dubium vocari nequeat:

Henricus à Rosenthal *Dictâ conclus.* 69. *Num.* 9. & 12. *Fol.* 310 *Ubi docet, si media Investitura sit, quæ clariùs loquatur, eam, præcedentes, & sequentes, declarare.* Eleg. Iacob. Menoch. *Consil.* 202. *Incip. Cùm gravißima. Num.* 33. 34. 35. *Fol.*

11. Lib

2. Libr. 3. Ubi ſcribit, certum eſſe, veteres inveſtituras dubias, à novis, magis apertis, declarari: etiam in præjudicium ſucceſſorum: Itèm, Licèt antiqua Inveſtitura non immutetur à novà: tamèn rectè declaretur. P. Paul. Pariſ. *Conſil. 23. Incip. Prima. Num. 64.* Fol. *48. Vol. 1.*

magiſq; ſi dec'aratio, Jure communi, conformetur: ad quod facil:is & gratioſus datur regreſſus.

Quæ ergò in ratione dubitandi, de mutatione impermiſsâ, dicta ſunt, de feudo antiquo ſolùm accipiuntur:

Mutatio Inveſtituræ, in antiquo gentilitio feudo, illicita, diverſum jn novo, Ceù pag. 129. dictum.

Roſenthal *Dictâ Concluſ. 69. Num. 35. Fol. 321. ſcribens, quòd Dominus & Vaſallus, etiam ex certa ſcientiâ, in præjudicium agnatorum, aliorumq;, quibus Jus, ex inveſturâ primâ acquiſitum eſt, hoc eſt, qui in illâ comprehenduntur, eam mutare non poſſint:* Andr. Gail. *Libr. 2 Obſervat. Cam. 49. Incip. Prima. Num. 3. Pag 381. notans, primum acquirentem, vigore primæ ſtipulationis, & Inveſtituræ, deferre feüdum ad poſteros, ſicut fontem, aquam, ad rivulos.*

REFUTATIO SEXTAE.

Refutat. Sextæ.

QUæ circa ſextam dubitandi rationem, in apricum prolata, refutationem vix merentur Verba: Nach der Sippe: Item: Nach rechter Sipzahl/ æquiparari, & promiſcuè uſurpari, *Pag 38.* textibus Iuris Saxonici, adprobatum: Nec etiam ulla datur cognatio, Sippe/ quæ non graduum conſiderationem importet: Unde ICti, Juris Saxonici peritiſſimi, Ihenenſes, *Pag 92. lin. 27. & 28.* VVitebergenſes, *pag 94. lin. 13. &* Halenſes, *pag 99. lin. 7.* Daß das wort Sippe/ eben der Wirckung sey/ alß ob die Clauſul: Nach rechter Sipzahl dem Lehenbrieff einvorleibet/ unanimiter concludunt, quorum auctoritas non immeritò, magnifit,

Verba: Nach der Sippe. Item. Nach Rechter Sipzahl/ æquiparantur.

fit, & assensus, per gratus habetur: Quemadmodum, scribit alibi Nobilissimus Hartmannus Pistoris, Nullius soleo Jurare in verba Magistri; Sic quotiens ad Iuris rationes probabiles, Viri alicujus docti accedit authoritas, ea plurimùm apud me ponderis habet:

Viri docti authoritas multùm juvat,

Hartm Pistoris. *Quæst. Juris. 5. Incip. Sequitur. Num. 51. In fine. Pag. 318. Libr. 1.*

REFUTATIO SEPTIMAE.

Refutat. Septimæ.

VLtimam dubitandi rationem ut examinemus & refellamus, non est de nihilo, & scrupulum fortè alicui incutiat, quòd Lipsienses, Giessenses, Marpurgenses, Halenses, *respectivè pag. 28 & 30. pag. 32. & 33. pag. 35. & 36. pag. 37. & 39.* pro admissione Pupillorum, responderint: Immò vota isthæc sua, ex intervallo, confirmarint: Præsertim cùm Judex (*: Exemplum sive simile referre, haud sit adversarium :*) minùs congruentè judicans, seù respondens, caussam, suam faciat, & ad interesse obstringatur;

In princip. Inst. *De obligat. quæ ex quasi delicto nascuntur.* Uldar. Zasius *l. Dies cautioni. 4. §. In eum. 17. Num. 3. Fol. 38. ff. De damno infect. Et. l. Certi. Iuris. 17. Num. 7. Fol. 131. C. De Judicijs.* Andrea Gail *Libr. 1. Observ. Cam. 153. Incip. Post. appellationem. Num. 1. & 3. Pag. 269.*

Si enim Judices non starent ad Syndicatum, cæca eorum voluntas, loco legis subrogaretur, & quod placeret, impunè liceret: Quod absurdum æquè, uti iniquum:

Verba Hippolyti de Marsilijs *Singulari 378. Incip. Geminatio actùs. In fine. Fol. 36.*

Undè traditum, magnam esse præsumptionem pro sen-

tentiâ

tentiâ, quæ Collegio Iuridico, seu toti Senatui, in votando, ritè decisa, placuerit:

Jacob Menoch. *Libr. 2. Præsumpt. 71. Incip. Cùm aliquà de re. Num. 13. Fol. 209.*

Immò, secundum nonnullos, præjudicium seu responsum Collegij, communem constituit opinionem:

Menoch. *Dict. Num. 13.* Sebastian. Vantius *Tract. De Nullitat. Tit. 10. Rubr. De nullit, ex defectu Jurisdictionis delegatæ. Num. 10. Pag. 302.* Antoni Marie. Coratius *Tract. De Commun. opin. Lib. 2. Tit. 9. Num. 35. Pag. 182.*

& vim legis obtinet:

Callistratus *l. Nam Imperator. 38. ff. De legibus. Ubi respondet, Imperatorem Severum rescripsisse, in ambigutatibus, quæ ex lege proficiscuntur, rerum perpetuò similitèr judicatarum, auctoritatem, vim legis obtinere.*

SED hæc ut sint, auctoritati nudæ, fortæ alquod: non omne punctum deferendum: Socrates in Critone ità sensuit: Ego is sum, non modò nùnc, sed etiam sempèr, qui meorum nulli parcam, prætèrquàm rationi, quæ ratiocinanti mihi, optima videatur: Et Cicero *Libr. 1. De naturâ Deorum*, scriptum reliquit, Res cum re: Caussa cum caussâ: Ratio cum ratione: certare debet: Et non tàm authores, in disputando: quàm rationis momenta quærenda.

Quin Lipsienses, Halenses, & Giessenses, *Pag. 95. lin. 28. Pag. 98. lin. 23. Pag. 99. lin. 24.* se minùs informatos, nec clausulas Investitura sat cognitas habuisse, profitentur, atq; incusant: Adeoq; nùnc temporis, moniti meliora, in castra Joachimi, plenis velis, concesserunt,

Præterea,

Præjudiciorum in Collegijs, auctoritas.

Auctoritati Doctorum non nimiùm deferendum.

Socrates. Cicero.

Concessio ad partes Joachimi.

Præterea, mutatio sententiæ in melius, re ità ferente, sivè, requippè unica facti circumstantia totū jus variat, pleniùs intellectâ, apud viros candidos, & ingenuos, (: capitosi, uno in Collegio, depræhensi, ingenio suo relinquuntur:) facilè obtinetur, per se itèm laudem meretur præcipuam:

Mutatio senten tiæ in melius.

Innoc. 3. *Cap. Qualitèr & quandò.* 17. *Versic. Non pudeat vos errorem corrigere qui positi estis, ut aliorum errores corrigatis. De Accusat.* Idem *Cap. Magna sapientia est, revocarè hominem, quòd male locutus.* 10. *Causs.* 21. *Quæst* 4. Augustinus *Cap. Certè ego sum.* 18. *Versic. Ecce muto consilium. Causs.* 12. *Quæst.* 2. Ulp. *l. Qui bonâ fide.* 13. §. *Si stipulaturus.* 11. *Ibidemq;* Doctores. *ff. De damno infecto.* Iustin. *Auth. De Nuptijs. In fine præfat. Versic. Competentem prioribus imponere correctionem, nec ab alijs expectare corrigi legem.* Novell. 22. Sebast. Mediceus. *Tract. De Novat. Part.* 2. *Regul.* 2. *Num.* 19 *Versic. Nam bonum est. Pag.* 72. Hieron. Cagnolus *l. Nemo potest.* 75. *Circa finem. pag.* 201. *ff. De Regul. Juris.* Anton. Tessaurus *in præfat. Decision. Pedemontanorum. In fine. Qualis mutatio* Divis principibus, Marco Antonino Philosopho & Vero, contigit: Ulp. *l. Divi fratres.* 17. *Versic. Cùm, amicis nostris, Jurisperitis adhibitis, pleniùs tractaremus, MAGIS visum est. ff. de Jure patron.* Nec non magno, atq; excelso illi Papiniano: *l. Si venditor.* 6. §. *Fin. Versic. Id nobis aliquando placebat, sed in contrarium me vocat Sabini sententia: &c. ff. De servis export.* Arius Pinelus. *l.* 2. *Part.* 1. *Cap.* 2. *Incip. Ex proximè dictis. Num.* 6. *In fine. Pag.* 178. *C. De rescind vendit. Lucianus scribit*: πάλιν δεομῆσαι, μᾶλλον, ἢ δραμεῖν κακῶς: *Præstat recurrere, quàm malè currere.* Et Cicero *pro Plancio: Non puto inconstantis, sententiam, tanquàm aliquod navigium, aut currum, ex Reip tempestate, moderari: Oportet* καίρῳ λατρεύειν, μὴ τ' αντιπνέειν ἀνέμοισι.

Mutatio, sivè contrarietas inter, ICtos.

Satiùs, recurrere.

Divinâ igitur fautrice gratiâ, cum jàm contrarijs atq; adver sa-

adversarijs omnibus sufficientissimè sit responsum, atque satisfactum abundantissimè, Iustitiæ Sacerdotes, æqui boniq; cultores omnes, Ioachimo N. coronam, Authore præeunte, imponent, & pro successione auspicatâ, à DEO ter OPT. Maximo, fausta & felicia quæq; animitùs precabuntur.

Conclusio prima principalis quæstionis.

Votum.

SECUNDA PRINCIPALIS, Quæstio.

PEtitorij hactenùs tractavimus caussam: Circa possessorium in controversiam venit: Utrùm possessio, ex errore facti, ignorantiâ Iuris, & falsâ suggestione, priùs investituræ quàm fuerint, pressiùs inspectæ, pupillorum nomine unà capta, re adhuc integrâ, ante acceptationem Tutorum modernorum, pupillorum respectu, à Ioachimo revocari potuerit? Affirmandum: Asserti rationes consignantur.

Secunda principalis quæstio.

Possessio, errore capta, jure revocare.

Prima Quòd errore ducti, nullus sit consensus:

Errantis nullus consensus.

Ulp. *l. Nihil consensui. 116. §. Non videntur, qui errant, consentire. Fin. ff. De Regul. Juris.* Idem *l. Si per errorem. 15. ff. De Jurisdict.* Pompon. *l. Sed hoc ita. 20. Versic. Nulla voluntas errantis est. ff. De aquâ pluv. arcend.* Claudius Pratejus *De Regul. Juris Libr. 7. Tit. 1. Cap. 5. Pag. 811.*

Ratio rationis: Consensus enim est sensus in idem: Qui autem errat, non sentit: Non ergo consentit, id est, simùl cum alijs sentit:

Consensus quid

Sunt verba Gratiani *in princip. Causs. 29. Quæst. 1.* Ulp. *l. 1. §. Sed hæc pactio. 2. ff. De pactis.* Idem *l. Pactum 3. in princip. ff. De pollicitat.*

& error definitur privatio Veritatis, caussata intellectu, propter falsam imaginationem:

Dd. Dictà l. Si per errorem. August. *Cap. Quamvis* 11. *Versic. Erroris proprium est, pro vero „adprobare falsum.* *Distinct.* 38. Idem *Cap, In quibus.* 6. *Versic. Errare, id est, aliud pro alio putare. Causs.* 22. *Quaest.* 2. Guilielm. Durandus *In speculo aureo. Libr.* 2. *Tit. De Confession.* § *Sequitur.* 1. *Num.* 2. Sebast. Mediceus *Tract. De Casibus fortuitis. Part.* 1. *Quaest.* 2. *Num* 2. *Pag.* 11.

Heredibus quisq; prospicit

Secunda: Hunc errorem roborat, quòd unusquisq; sibi, & heredibus suis favere, magisq;, quàm extraneis, prospectum voluisse, videatur:

Celsus *l. Si pactum.* 9. *ff. De Probat.* Iustin. *l. Veteris.* 13. *C. De contrah. stipul. Cap. Un. Versic. Unusquisq;. De duobus fratrib.* Hieron. Schurpf. *Consil.* 31. *Incip. Quod in praesenti. Num.* 2. *Fol.* 149. *Cent.* 2.

Maxime pater, thesaurizando.

Cumprimis verò Pater, salubre pro liberis consilium capere:

Papin. *l. Nec in eâ lege.* 22. § *Final. Versic. Pietas paterni nominis, pro liberis, consilium capit. ff. Ad leg. Jul. de adulter.* Paul. *l. Amicissimos & fidelissimos parentes.* 36. *ff. De Excusat. tutor.* Justin. *l. Si quis alumnam.* 26. *Versic. Paternam affectionem. C. De Nupt. Idem l. Fin. In princip. Versic. Quis enim C. De curat. furiosi.*

ijsq; thesauros colligere: Non verò thesauros, sive fortunae donum, Dei providentiâ, praesentatum, extraneis conferre velle, praesumitur:

2. *Corinth. Cap.* 12. *Versic.* 4. Aymo Cravetta *Consil.* 238. *Incip. Vicarius. Num.* 18. *Fol.* 37. *Vol.* 1. Johan. de Amicis *Consil.* 144. *Incip. Vertitur. Num.* 5. *Fol.* 94.

Ter-

TERTIA: Succurrit, quòd donatio non præsumatur:

Donatio non præsumitur.

Paul. *l. Cùm de indebito.* 25. *Versic. Nunquàm ità resupinus est, ut pecunias jactet, & indebitas effundat. ff. De Probat.* Clem. 3. *Cap. Super hoc.* 3. *Versic. Nulla ratio verisimile reddit, ut quisquam beneficium facilè resignet. De Renunciat.* Joseph Mascard. *De Probat. Conclus.* 554. *Incip. Donatio regulariter. Num.* 1. *Fol.* 336. *Vol.* 1.

cùm donare sit perdere: & contra rationem, fortunas suas eijcere:

Arist. *Libr.* 3. *Ethicor. Cap.* 1. Ulp. *l. Qui vas argenteum.* 48. §. *Quod, si Dominus.* 3. *Versic. Vetare Dominum accipimus, etiam eum, qui ignorat, hoc est, qui non consentit. ff. De Furtis* Udalr. Zasius *Consil.* 5. *Incip. Ex facto. Num.* 58. *Fol.* 20. *Vol* 1. Hieron. Schurpf. *Consil.* 79. *Incip. Pro clarà ostensione. Num.* 14. *Fol.* 343. *Centur.* 3.

adeoq; interpretatio, & conjectura quævis, pro declinandâ donatione, captanda, atq; assumenda:

Ulp. *l. Elegantèr* 24. §. *Qui reprobos.* 1. *ff. De pignor. act.* Paul. *l. Si cùm aurum.* 50. *Versic. Petentem ff. De Solut.* Alex. Tart. Imol. *Consil.* 164. *Incip. Præsuppono. Num.* 6. *Fol.* 117. *Libr.* 5. *Consil.* 110. *Incip. Videretur. Num.* 1. *Versic. Immò ubi potest capi. Fol.* 162. *Consil.* 185. *Incip. Viso. Num.* 8. *Versic. Ubi enim Libr.* 2.

QUARTA: Acquisitio possessionis, respectu partis adversæ, facta fuit, Uff ein Recht: In quantum de Jure pupillorum competenti asserto, fieri potuit, & debuit: Nec ultrà: At verò clausulæ: In quantum de jure, hæc natura, vis atq; operatio traditur, quòd, si quædam, de Jure, à priori, in actu, non erant admittenda: à posteriori,

Acquisitio possessionis: Uff ein Recht / Vis Clausula. In quantum de jure.

ri, pro non admissis, habeantur: quæq; processerint, in pristinum statum, licitè revocentur:

Hieron. Cagnolus. *l. Actus legitimi*. 77. *Num*. 21, *Pag*. 107. *ff. De Regul. Juris*. Vitalis de Cambanis *Tract. Clausularum Rubr. De clausula: Si & in quantum de Jure, fieri potest, & debet* Fabian De Monte *Tract. De empt. & vendit Quest. princip*. 5. *Num*. 106. *Pag*. 225. Dan. Mollerus *ad Constit. Elect. Saxon*. 3. *Incip. Nullam. Num*. 42. *Ubi hujus clausulæ, magnum usum in Iudicijs, scribit. Fol*. 334. *Part*. 3. Barthol de Socinis *Consil*. 47. *Incip. In præsenti consultatione. Num*. 6 *Fol*. 63. *Vol*. 4. Johann de Amicis *Consil* 28 *Incip. Vertitur dubium. Num*. 10. *Fol*. 27. Tiber Decian: *Resp*. 51. *Incip. Revocatur. Num*. 102. *Fol*. 163. *Vol*. 2.

Quandoquidèm ergò, per totum discursum, Pupillis, & Henrico, Jobi filio, nil quicquam Iuris, in feudis nuper apertis, competere, ad oculum sit demonstratum, possessionem, pupillorum respectu: Juris, si quod petitoriè habeant, actu simultaneo, eventualitèr, & conditionalitèr captam, etiamnum ut tutores urgeant, frustraneum.

Actus agentium quo usq; operentur.

QUINTA: Actus agentium non operantur ultra eorum intentionem:

Iul. *l. Non omnis*. 19. *Versic. Quotiens idipsum agitur ff. De reb. credit* Paul. *Obligationum substantia*. 3. §. *Final. Versic. Si inter contrahentes, id agatur. ff. De obligat. & action* Seraphin. de Seraphinis *de Privilegijs. Iuram. Privileg*. 49. *Num*. 34. *Pag*. 245. Andr. Gail. *Libr*. 2. *Observ. Cam*. 139. *Incip. Quæsitum. Num*. 3. *In fine. Pag*. 582. Hartm. Pistoris *Quæst*. 7. *Incip. Cùm hoc seculo, Num*. 53. *Pag*. 417. *Libr*. 1. Andr. Tiraquell.

De

De Retr. Lignagier. §. 36. *Gloß.* 2. *Num.* 13. *Fol.* 343. *Et de retract. Convent.* §. 1. *Gloss.* 2. *Num.* 44. *In fine. Fol.* 389.

Cæterùm intentio Ioachimi nunquàm fuit, quòd filijs suis præjudicare: E contrà Pupillis, quicquam novi Iuris, ultrà quàm liquidò docere possint, conferre voluerit. Ergò actus, ulteriùs, quàm intentio steterit, non extendendus.

SEXTA: Quod non tantum filijs, uti suis heredibus: Verum etiam extraneis quibuscunq;, inscijs, invitis, & reluctantibus, per revocationem, & dispositionem commodiorem, præjudicium fieri possit ab eo, per quem illis, mediante Investitura, vel aliàs, sine ipsorum facto, Ius aliquod acquisitum:

Filijs & agnatis præjudicari potest ab eo, qui illis quicquam Iuris, sine ipsorum facto, acquisivit.

Iacob: Thoming *Decis.* 23. *Incip. Præsentis. Num.* 1. *in margine. Pag.* 167. Hartman. Pistoris *Quæst.* 4. *Incip Quæ de feudo. Num.* 80. *Pag.* 268. *ubi tradit, tàm filijs, quàm extraneis, quibus ex pacto ejus, qui primùm feudum acquisivit, succedendi spes parta, ut potè si quis in feudo, ob merita, in casum mortui Vasalli, adhuc possidentis, promisso, agnatos suos, nullo tamen ipsorum facto interveniente, investiendos curaverit, alienando præjudicari posse. Ratio: quòd non solùm filij, sed & cæteri omnes, factum primi acquirentis præstare teneantur: Et feudo ejusmodi semper insit qualitas, ut ad descendentes, & alios, transeat, nisi acquirens revocarit, vel limitarit in vita. Et Num* 92. *Versic. Licèt interim. Pag.* 276. *Quæst.* 10. *Incip. Cùm in feudis. Num.* 2. *Pag.* 73. *Libr.* 2. Andr. Tiraquell. *De Retract. Convent.* §. 1. *Gloss.* 7. *Num.* 18. *Fol.* 408.

At verò hic, quoàd simultaneam possessionem, in quantum de Iure, nomine pupillorum, obtinendam, neq; horum, neq; Tutorum factum intercessit. Ergò ab acquirente, pro arbitrio, corrigi potuit.

SEPTIMA: Quòd Ioachimus simultaneam possessionem, nomine itèm pupillorum, ex errore captam, antè Tutores eamdem quàm pro pupillis, judicialitèr, vel coram testibus acceptârint, revocârit, verbis, & factis, protestationem interposuerit, atq; ità errorem commissum emendârit: quod per se notoriè constat, & Tutores ipsi, revocationem antecedentem intelligo, in scriptis profitentur: Verba Schreibens Catharinen von M. Heinrichs von V. Sehl. nachgelassener Wittwen / vnnd deren zugeordneter Mitvormünder / 27. Maij, Anno 1615. ad I. a. V. ità se habent: Vnsern Freundlichen Ehrengruß / vnnd gantzwillige dienst zuvor / Edler / vnd Ehrenvester / Freundlicher lieber Bruder / Vetter / Oheim / Gevatter / vnnd großgünstiger Jungkherr / vns ist schrifft: vnd mündlich zu erkennen / geben / waß jhr euch / wegen Christoffs von V. Sehl. Lehenfalls / durch fürzeigung dero bey der Juristen Facultät zu W. eingeholeten informat Vrtheils / vornemen lassen.

Revocatio & correctio antecessit acceptationem.

Vornemen lassen. Nota revocationem, & potestationem ante acceptationem. Hæc, ex intervallo, post, secuta est.

Nun stellen wir dahin / was ewere eingeholete Rechtliche Belehrungen / dißfalß / mit sich bringen: etc: Hoc scripto sic militante, ut Tutores, quòd à Magistratu habiles recogniti, & confirmati fuerint, acceptationem, judicialitèr, vel in præsentiâ testium, fecerint, adstruant, assertum probent, fas est: Scilicèt affirmanti incumbit probatio:

Tutores probent confirmationem.

Affirmanti incumbit probatio.

Paul. *l. Ei incumbit probatio, qui dicit.* 2. Idem *l. Ab eâ parte.* 5. Marcianus *l. Verius.* 21. *Versic. Semper incumbit. ff. De Prob.* 10. Anton. *l. Qui accusare.* 4. *C. De Edendo.* Dioclet & Maxim. *l. Fin. Vers. Solutionem asseveranti, probationis onus incumbit. C. De Solut.* Idem *l. Adseveratio* 10. *Versic. Factum adseverans; onus sumit probationis. C. De non numer.*

pecun-

pecun. Claudius Pratejus *De Regul. Jur. Libr.* 7. *Tit.* 8. *Cap.* 1. *Pag.* 898.

qui aliquid adſertivè proponit, intentionem ſuam fundare obſtringatur:

Gajus *l. Qui in alterius locum* 41. *Verſic. Planè, qui agit. ff. De Regul. Juris.* P. Paul. Pariſius *Conſil.* 153. *Incip. In cauſſa iſtà. Num.* 1. & 2. *Fol.* 130. *Vol.* 4.

Generale item thema eſt, quòd talem ſe probare debeat, qui vult, ut talis, admitti:

Talem ſe probet, qui ut talis, admitti, cupit.

Gordian. *l. Non ignorat.* 9. *Verſic. Niſi priùs. C. De his qui accuſare non poſſ.* Ulp. *l. Fidejuſſor.* 2. §. *Prætor ait.* 2. Gajus *l. Si verò* 5. §. *Final. Verb. Adprobatum. ff. Qui ſatisd. cog.* Guil. Durandus *in ſpeculo aureo Libr.* 1. *Rubr. De actore.* §. *Exceptio.* 1. *Num.* 74. *Pag.* 4 2. Hart. Hartmanni *Libr.* 2. *Practicar. Obſervat. Tit.* 4. *De perſonis, in Judicio comparentibus. Obſerv. Un. Num.* 2. *Ubi notat, quod agens ut Epiſcopus, Syndicus, Actor, Tutor. Curator, vel Oeconomus, ſe eſſe talem, probare debeat. Pag.* 206. Alex. Tart. Imol. *Conſil.* 60. *Incip. Viſà legitimatione. Num.* 17. *In medio. Fol.* 41. *Libr.* 2.

Neceſſarium igitur, ut Tutores, accepturi quid nomine pupillorum, priùs habilitationem oſtendant, & inſtrumentũ confirmationis exhibeant: Ratio, quod attentata, ſive peracta à tutore, qui non fuerit confirmatus, nec ſolennia expedierit, cui itèm à Magiſtratu non fuerit decreta adminiſtratio, tàm activè quàm paſſivè accipiendo, nulla habeantur:

Attentata, ſivè peracta à tutore præſumpto, & inhabili, nulla.

Joach. Mynſing *Centur.* 2. *Obſerv. Cam.* 37. *Incip. Judicium. Pag.* 115. *Ubi ſcribit, hoc ſingularitèr notandum, cùm indè multi proceſſus impugnari queant.* Andr. Gail. *Libr.* 2. *Obſerv. Cam.* 107. *Incip. Actores. Num.* 1. *Pag.* 53. Johan. Tileman. De Benignis *in Apoſp. Syndrom. Obſerv. Pract. Pent.* 2. *Obſerv.* 31. *Incip. Curatorem. In fine. Fol.* 74.

Confirmationem autem, ante revocationem, vel acceptationem legitimam, Tutores nullaternùs proferre poterunt: Quamobrèm, cùm obligatio aut sit Civilis, aut Prætoria: Et vel ex contractu, vel ex quasi-contractu: Vel ex maleficio, vel ex quasi maleficio:

Tot. Tit. Inst. *De obligat.* Gajus *l. 1. In princip. ff. De obligat. & action.*

Actio deficit Tutoribus, quia obligatio deficit.

Hîc autem, respectu Ioachimi, & Tutorum, nulla illarum obligationum adsit: quin actio cesset, dubitandum non est: Obligatio est mater actionis:

Obligatio, mater, Actio, filia.

